






XI
MIDD
PROG
DEFEN
BONON
1494
5
45









¶ Eximii doctoris magiſtri Scipionis manfredi de Mantua def
fenſio cum recriminatione aduerſus. F. p. detractorem & calũ
niatorem pronoſtici eiuſdem in anno. Mcccclxxxiiii. ad illu
ſtriſſimum principem dominum. d. Ioannẽ bentiuolũ Bononi
enſis reipu. conſeruatorẽ ac illius perpetuae pacis amatorem.

MOnſtra: quae olim puer apud poetas uarios uaria le-
ctitabã princeps illuſtriſſime in maximã me admi-
rationẽ adducebãt uoluentẽ aĩo qdnã ſibi huiuſmo
di portẽtꝫ uellent ſcriptores. Non. n. fuiſſe ululaſ
nõ centauros: nõ arpias: nõ onocrotalos: nõ ſirenas: nõ panes
faunos: cerberũ: tritones: ſatiros: napeas: driades: Hamadria-
des pſuaderẽ mihi poterã. Quãdo tũ in nemeea ſilua leonẽ: in
arcadia aprũ & ſtimphalides: in licia chimaerã: in auẽtino cacũ
in lerna hidrã: ĩ hiſpania gerionẽ: in libia antæũ legebã: fœlix
aiebam tacitus haec pfecto regio nr̃a eſt: q̃ monſtra nec generat
nec alit. hanc igiẽ his caruiſſe gaudebã: q̃ nec alibi uera exiſtĩ
mabamus. Nunc uero princeps illuſtriſ. nõ uera ſolũ q̃cunq; re
cenſent poetæ credimus. ſed ingenue fatemur: pſertim cũ ĩ eã
dẽ miſeriã triſteq; ĩfortuniũ caeterarꝫ incidiſſe patriã hãc nr̃am
& cernimus & grauiẽ triſtamur: q̃ inſtar cerberi mõſtrum tricipi
tis: & gerione horribilius tergemino in Italia genitum educat
& qd grauius dolẽdũ in hac pſtantiſſima urbe tua exceptũ: ubi
ẽt ipſum qdẽ aera inficit maculat & corrũpit: ubi ſi diutius erit
immoratũ: quoſcũq; intolerabili fetore captoſ neci dabit. puto
belluã hanc princepſ mitiſſime (ſe. n. papiẽſem appellat) In tau
riniſ agriſ e terra genitã humore ticini adiuta: uel padi liquori
buſ reſpſa: quã quũ monſtroſã & caeterꝫ oĩbuſ diſſimillimã cõ
ſpexiſſet mater nutrire erubuit: uerꝫ ab ſe expulſã diuerſaſ re
gioneſ: diuerſa orbiſ loca: coegit pagrare: q̃ quũ nullibi recipe
tur: Bononiã tandẽ ſe contulit: ubi aduerſuſ q̃plurimoſ ſuã ne
fandiſſimã peſtẽ auſa eſt effundere. Nõ. n. ẽt apud bononiẽſeſ
triſulcem linguã & ad maledicẽdũ inueteratã cõpeſcere ualuit
Sed morſu canino hunc & illũ domi foriſ & ubiq; dilanianſ cor
rodenſ pſentanea effundenſ uenena: cuncta infectanſ ſaeuior
& intollerabilior fit in dieſ. Haec clem̃. p. beſtiola: ut ſe aſtro
nomum oñderet: ad quã ſciam aeque ẽ ac aſinuſ. ad lirã quaſdã

supioribus diebus nugas edidit: q̃bus nihil sterilius: nihil falsi
us: nihil astrologiae ueritati diffidentius: nihil ꝙ maiorē osten
dat ignorantiā: nihil deniq̈ ridiculosius est. In illis. n. dū uari
us esse uult ille homōtio: stultus efficit̄: dū multiiugā ostentat
doctrinam: merā indicat inscitiā: & ꝑrsus plenū ignorātiae pe
ctus. licet nō illū fuisse cōstet: q ea dictarit deliramta (nō. n. ta
lia cōponere sciuisset: q nihil scit) sed oīa a scholasticꝫ qbusdā
aliis ue accepisse: ut. s. ubiq̈ subsānaret̄: q uecors q̄ ridiculosa
& mēdosa traderent̄ minime cognouit: nec eos fefellit opinio
hic. n. nefandissimus uir īmo nō uir sꝫ bestius (in triuiis: ī foro
in tēplis: & ubiq̈ locoꝝ ac gētium irridet̄: cōculcat̄: & ecusso
sago in astra iacit̄: nec tamē se sic illusum cognoscit. Cuius scri
pta (illius. n. noīe edita sunt) in nostꝝ ꝑitis anni ꝓnosticō acrit
ter inuehūt̄: lꝫ nō ī me caīnos morsus cōuertere potuerit: qn &
alios plures: & qdē pitissimos astrologos accusare opus fuerit.
Sed quāuis me solū arguere uideat̄: & contra meas cōclusiones
quas reprobat: dicere: nō respōdere tam maledictis decreuerā
nec uicē talionis implodere: nō illud ignorās Salomonis. No-
li respōdere imprudēti: ne similis ei fias. Non. n. me fugiebat
humanissime princeps q̄ta laude mea scripta extollerent̄: & a
doctis qdem astrologis: e cōtra illius a cunctꝫ irrisum iri. Verū
quū a multꝫ in cōtrariā sn̄iam adducerer: statui ꝑrsus istiꝰ Asca
laphi futiles rōnes & argumta refellere: ne tacendo errorē fa-
teri uiderer: & nō respondendo ignorantiā fouere: & ad id po
tissimū a ꝑdicto cōfirmatus Salomōe ita dicēte. Respōde stul
to ad stulticiā eius: ne sibi sapiēs eē uideat̄. Meū igit̄ erit iustis
sime. p. me a detractionibus purgare: recte: & ex astrologia lo
cum ꝓbare: mea scripta defendere: inimicos suis armis laedere:
ꝓsternere erradicare. Tuae aūt dominationis est ut editionem
nostram: ita & defensionem: ea fronte qua quaeq̈ bona soles su
scipere & tutari. Vale meum decus spes & salus.

❡ Idem Scipio insano astrologo mentis sanitatem.

❡ In manus nr̄as crocitationes & nugamenta uenerūt tua astro
loge īmo astrorudis insulsissime: q̃bus lectis a risu me cōtiner̄
nō potui (& per deū īmortaleꝫ quis nō rideret? Risisset crassus
Rusisset diogenes: & heraclitus) & uice tua indolui. Nō enim
ūq̄ existimassem tanta te esse demētia ꝑssum: & si maxia pos

ſeſſum ꝑ certo habere͂. ut te ſic oı͂bus ludibrio traderes: dic q̄ſo
nū̃ parum erat: tuā ignorantiā ſcholaſticis doctoribꝰq̄ cogno/
ſci? a q̄bus quotidie naſo excuſſo ſuſpēderis: ſi & hanc iprimen
dam nō dediſſes? Vſq̄ adeo ne hoc neſcire tuū nihil eſt: niſi ſci
uerit alter hoc neſcire tuū? O grande hominis ingeniū: o admi
rabilē prudētiā: audite uiri: audite ꝓcor rē nō prius auditā: aut
uiſā. Cæteri līas & līatas chartas īprimūt. hic aūt ſtultitiā ſuā &
ignorātiā: ob hoc. ſ. ut quocūq̄ uagaret̃: ſpgeret̃: & ab homini
bus cunctis cognoſceret̃. eam miſit & mutinā: regiū ī flamini
am regionē ferrariā: etiaꝫ uenetias. o caput ridiculū: deſine de
ſine ſemel deſcipere: & q̄doq̄ hæc tua delirамēta comprimaſ.
Sed dic quaeſo dum tecū quietus ratiocinor: quis te irrauit ut
in me ſcriberes? Reſponde inquam? coegit ne odium? an inui
dia potius? an ꝙ argui merito debueram? an tua freneſcis? odiū
inquies. ſed unde contractū hoc odiū? Quid in te cōmiſi? q̄do
unq̄ patuerūt inimicitiae in te meæ? q̄do de te obloquutus? qū
in te inuectus? Nunq̄ dices. Cur igitur hoc merui? inuidia fa/
ctum reſpondebis. An neſcis miſelle inuidiam ſemper in uirtu
tem initi? & magis inuidis q̄ īuidioſis nocere? unde ſi nobis in
uides: id ſemper efficito. Tibi autem nullus unquā inuideat.
Si autem meæ rep̄hendi meruerant concluſiones: cur prius ab
aliis q̄ a te morſus non ſenſerunt? meæ quidem prius in lucem
prodiere: tuae autem poſterius. inter me profecto & te ſcripſe
runt tot peritiſſimi aſtrologi: & omnes in meam ſententiam &
concluſionem concorditer accedentes: quare patet natiua qua
dam te maliuolētia: ſeu immedicabili potius freneſi ductū: ne
a natura tua & peruerſa conſuetudine diſcederes: ut latrātia in
me tua ſcripta uerteres: quoꝝ qualis eruditio ſit nunc nūc de
mōſtrabimus. Nō. n. maledictꝭ reſpondere timebo: quū nec tu
maledicer̄ metuerꝭ: & licet quotidie mihi mortē miniterꝭ: ſi re
ſponſum parauere: non ob id tū̄ me cōtinebo imo acrius tibi ad
uerſabor: tecūq̄ congrediar aı͂oſius. Scito. n. indicū (ut dr̄) ele
ꝑhātē nō timere culicē: ſed iā ad accuſatiōeꝫ tuā ueniamus.
Ego hactenus ſatis ſuperq̄ te leuibus ſagittis & contuſis per/
ſtrinxi: & me quaſi uelitem nundum calfactum habuiſti: Nunc
nunc aliū hoſtē: alios ictus: alia arma ſenties miſer: baliſta. n.
q̄to plus retrahit̃ tāto fortius mittit̃. Prodi igit̃ ꝓdi ī bellum:

egrederī iā e fumic⁊ bullua cauernis: nec ad prima p̄lia cōtremi
ſce. Quid igit̄ ais āni uenerē nō eſſe dominā? & quia eā ſic po
ſui me arguiſ? hoc eſſe errorē fateriſ? me iperitū appellaſ? ſed q̄
peritia tua ē? q̄ aſtrologiae cognitio? Hanc ego dominā anni &
ſcripſi et teneo et id peritiſſimoꝝ auctoritate: quoꝝ iuditio p̄
ſenti āno dominat̄? Dic inſcie cur dominiū nō habeat: cū in x
figure coniunctiōis luminarium p̄cedent⁊ introitum ſoliſ i ari
etem dominiū habeat: & eiuſdē graduſ coniunctionis almutaꝫ
fuerit: facis quidē & ipſe latrabundus tuū p̄ntis anni initiū ab
ipa cōiunctione: & aſcēdent⁊ figure introitaliſ ut uniuſ ex lu-
minaribꝰ uidelicet lunae dn̄a aſtiterit. Nō igit̄ imerito dignita
tū multitudine p̄nt⁊ anni dominiū ſibi uendicabit a Bononia p̄
totū occidētē. Accipio igitur uenerē dn̄ām anni: & eam q̄dem
cū tuiſ fundam̄t⁊ ignare: q̄a eſt almutā cōiunctioniſ p̄cedēt⁊ &
erat in. x. In introitu autē ſoliſ in arietē ē i aſcēdente: nō quo
ad. xx. gradꝰ tauri: fuit. n. imp̄ſſor⁊ error: a quo quū. 18. gradꝰ
ponēdi eſſent. xx. ipreſſi ſunt. Vbi ſi poſitus nūs horaꝝ 19 m
5i diligent̄ cōputabit̄ & examīabit̄ ad 18 gradū tauri correſpō
debunt. Quare clare patebit imp̄ſſori: nō mihi errorem aſcribē
dum: qui & in quibuſdā aliiſ lociſ parum acurate imp̄ſſit: utpo
te in 4 diebꝰ 4 menſium duntaxat & nō in aliis: ꝙ ueriſimile
eſt luna. n. quolibet menſe cū ioue cōnectit̄: & hoc oē ubi de
medicinis ſolutiuiſ me taxabaſ. Vt igit̄ ad rem redeā Venerē
dn̄aꝫ āni poſuimꝰ uelut & alii doctioreſ ad meridianū bonon.
Cuiuſ latitudo eſt graduū 44 m 30 Et ob hoc igit̄ ueneri ſigni
ficatiōeſ poſitaſ a ptolomaeo fo q̄dripartiti attribui: nā eclip-
ſis almutā eſt: & dnā anni ut ſupra mōſtrauimus. Nimiꝝ igitur
uenereoſ fœliciſſimoſ ꝓnoſticati ſumus rōnibꝰ adducti ſupra-
dict⁊. Vbi aūt me increpaſ de recolectu: & aiſ ſignificationem
meā eſſe uanā: dic qua auctoritate hoc iprobaſ? an tua q̄ magna
eſt? hoc. n. a ſenioribꝰ multaꝝ reꝝ exp̄tiſ habui. Tu aūt ubi id
ſōniauer⁊ neſcio. Si ego r̄colectū feci habundātē: tu uero debi
lē: ac ſi natura nihil uiriū haberet ātiquaꝝ: cui nec nūc nec un
quā deſiſteſ repugnare. Aiſ p̄terea iſulſū eē ꝙ p̄terite eclipſiſ
effectuſ hoc anno euacuari diximus. Res magna ꝑfecto: & ma
ximo digna medo. Hic tu te ipſe demōſtraſ nihil hōaꝝ lraꝝ ha
bere: & logice fundam̄ta neſcir̄: quā ꝑfecto niſi ignoraſſes n̄

quā talia e mendoso ore tuo excidissent: sed q̄ta sit mea ꝓposi
tio diiudicasses. Nō. n. intelligo oēs eclipsis effectus: uerꝫ ini
diffinite ꝑ maiori parte euacuatū iri: quū de mense martii ge-
minae sint eclipses: q̄ p̄terita effectus eclipsium repcutiantur.
Dic mihi oīum bonaꝝ lraꝝ exps: nō ne loquēdi modus ē: ut di
camus. Iumenta hoc anno perihūt: male se habebūt oues: naute
piclitabūtur? idest maxima iumentoꝝ pars: & reliquoꝝ. Quā
do ēt in ꝓnosticis dictamus: durabunt huius eclipsis effectus. x
mēsibꝫ. Intelligimus ne ita & taliter disticte. x. mēses: ut nec
plus uel uno die: uel minus una hora durarī nō possint? O rude
caput. Et tu ꝓfecto huiusmodi cōsuetudine dicēdi usus es. ubi
ais legati ꝓpter hanc cōstellationē fœlicitabunt. rumores erūt
ueri. Iaꝫ nō effugies: irretitus teneris miser: dic ergo oēs ne le
gati felicitabunt? oēs ne rumores ueri erunt? non ꝓfecto oēs:
& p̄cipue quos tu quotidie effīgis & ubiqꝫ effectos narras: q ni
hil unq̄ ueri dicis: nisi (ꝙ dr) in pascate: ubi eucaristiā sūmis si
mō eam sūmis. Noui. n. haereseos uitio inquatos id nō curare
quo morbo: si qs est in hac urbe: q laboret: tu ipse es: ut infra
manifestius patebit. Nunc tuas nugas ad unguē ut cepimus: re-
fellamus. & te ignorantissimū: sicuti es: palam oībꝫ faciamus:
ꝙ tu te pluribꝫ ī locis esse ostendis: & maxie ubi ī tris exclama
tiones ꝓrumpis. ꝙ si tenuimus pp diuersitatē aspectus ad sitū
Bonon. nō posse aspici ipsam eclipsim. Vah belle exclamasti:
belle illud ꝓtulisti: o iane a tergo: queꝫ uersū ī te retorq̄bo: q
idem iudicas: idē sent[: & scribis: Non ego illud ꝙ in solis ecli
psi accidit: lunæ credo accidere: ꝙ (ut dicis) existimas. Verū di
uersitatē aspectus: diuersitatē loci & distātiæ ītelligo: q̄ē a Bo
nonia in occidēs: q nō pmittit nobis Bonon. existentibus pos
se eclipsim aspicere: o igitur iane a tergo: quem nulla ciconia
pinsit: proh igitur iuppiter: o te ergo bonum astronomum.
Quid aūt dicā merā tui ipsius ruditatē: apertissimā stulticiā q̄
manifeste: te nihil astrologiæ habere: nihil plaꝝ qualitatis &
naturæ scire indicas: ubi coīunctionis illius saturni & martis ef
fectus increpas: in me cursu in effrenato irruis: meā redarguis
cōclusionē: ut pote cōtrariā illius coīunctiōis effectui. Ais. n.
nō tā malignos ꝓducet effectus sicut opinat noſtꝝ illud caput
lepidū: eutrapeliæqꝫ lāpadibꝫ circūfusum: nā genus coīungeba

tur eis: & maliciam saltē mart[is] mitigabat. Inq̄t. n. almansor in āphorismis suis. sicut dn̄s fi circuli dissoluit ꝙ ligat dn̄s primi: ita dominus q̄nti dissoluit ꝙ ligat dn̄s tertii. Et hoc idem affir mat Abraham auenere dicens ꝙ ꝓpter uenerē hæ significatio nes apparebūt in cogitatiōibꝰ & in uerbis & non in factis. Hæc sunt ad unguē tua uerba: hæc tua cōclusio: hæc tua in astrologia intelligentia. ueꝝ accede ꝓpius bone uir: & q̄d nā his sentias ambagibꝰ edoce. Nō. n. te satis intelligo: subdubius suꝫ: q̄a du bie loq̄ris: incertus ƀ d teneas: q̄a incertū te facis. palam ꝓfite re p̄cor q̄d in hoc loco dicere uoluer[is]. sunt q̄ nos concordes di cunt: & qui discordes maximopē. quid igitur ais. ꝙ dn̄s fi cir culi dissoluit: ꝙ ligat dn̄s primi circuli: & ꝙ dominus q̄nti dis soluit ꝙ ligat dominus tertii! hoc idē dico ego & teneo: sumus ergo cōcordes. Sed q̄d tibi uis: quū dicis: hæ significatiōes ꝑꝑ uenerē apparebunt in cogitationibꝰ & in uerbis & nō in fact[is]! quid illud est: ꝓpter uenerē! quid inq̄ illud est! An forte opera tur hic aliq̄d uenus! opatur: operet̄: ecquid cōtra me est: multū multa. n. destruit: destruit: quid ad me! Ad te iō: quia dissoluit quod ligauerat mars &. Et! &: quid sibi uult dictio hec &! quid dicere uoluisti hac particula &: an forte: & q̄d' ligauerat satur nus! sic sic: sic ꝑfecto est. iam iam bone uir te intelligo: iā ha beo sn̄iaꝫ tuā. Nunc nunc q̄d loq̄r[is] scio: nunc certus sum q̄d tua sonent uerba. Venus ergo dissoluit ꝙ saturnus ligat! O fatuita tes inauditas: o nouā astrologiā! legis ne hæc in scholis doctor sine doctrina! doces ne hæc discipulos tuos astrologe oī priua te astrologia. Vbi ubi hoc reper[is]: ubi hoc legis misellē misero rum miserrime! ꝙ uenus potestatē habeat in saturnū! ꝙ quitus planeta primo repugnet. o bonū doctorē o discendas lectiōes. Gaudete discipuli: studete: attēdite diligenter. Nō. n. sunt hu iuscemodi lectiōes frustra legēdæ: frustra audiendæ: q̄ docent significatiōes in cogitatiōibꝰ & in uerbis & nō in fact[is] appare re posse. Et ad hoc cōfirmādū allegātes Abrabā auenere ut. s. maior fides mēdatio adhibeat̄: o temeritatē hōis inauditā. Nō puduit hūc tales fatuitates: talia mēdacia Abrabā a uenere ascri bere: q̄ nec apud illū nec apud quēq̄ aliū: nisi apud te reperiūt̄ sceleratissime: qui ausus es auctoritatē allegare nullibi extātē: nec timuisti leges: q̄ falsa allegātes puniūt. Dic mihi mōstrum

monstrorum monstruosissimū: quō significationes in cogitatio-
nibꝰ apparet: q̄ si tantū in cogitationibꝰ sunt: quō apparet? si au
tem apparet: quō dicunt esse in cogitatiōibꝰ & nō in factis: an
forte id ꝙ in cogitatiōe est: & non in factis: apparet? aut ꝙ appa
ret: tantū in cogitatiōe est? o perspicax ingeniū. hoc hoc ē: hoc
inq̄ est: ꝙ dicebat hic indoctus doctor. Nā uenus cōiungebatur
eis: & maliciā saltē martis mitigabat. haec. n. pticula saltē: te in
maximo: quē diximus: errore esse manifestat: & ab omni astro
logiae scientia remotissimū. Ac si dixisses: si non ꝑsus satur
ni: saltem martis mitigabat maliciam: hoc negare nō potes: qn
teneas ꝙ aperte fateris: quod & si tāta temeritate esses: ut id nō
sentire te affirmares nō tam ob hoc te implicitū explicabis: nō
ob hoc effugies: quin q̄lis q̄tusꝙ sis cognoscaris. Responde si
uenus non mitigat: quēadmodum nec mitigare pōt: nec remo
uere unq̄: & potissimū nunc quū ab illo discedat: maliciā satur
ni: quare malignos: prout pronosticor effectus nō ꝓducet con
iunctio haec? de qua loquimur? quare cōtra me nugaris? Existi
mares ne forte hos effectus prouenire a marte? qd' si crederē:
hic iterum exordirer: & ac si nihil dixissē hactenus: alias uerborum
exaggeratiōes: aliis scriptis cōsererē: uerum non ꝑsus tātae te isci
tiae puto: ut haec audeas affirmare: qd' quū uerum nō sit. Cur igr
nō uerificabit̄ conclusio mea? q̄ si uera ē: ergo tua inanis: ergo
cōtra tuā uraniā: Imo nō tuā: ergo aspnabilis: ergo mēdax. utro
uis. n. errore te purgaueris: in alium incides: & irrititus sem-
per teneberis. Verum: ut existimo: ebrius eras: quū haec scripsisti
qd' uel ex eo facile cognosci pōt. Vbi cornicaris: caput lepidū:
eutrapeliaeꝙ lāpadibꝰ circunfusū. uellē abs te scire etimologi
am huiꝰ uocabuli eutrapeliae. abs te inq̄: q̄ dū doctus es: rudis
es: dū uarius: stultus: dum multa ostēdis: nihil ostendis: nisi in
scitiam. uoluisti fors dicere eutrapeli quū eutrapeliae dixisti:
Quid tam erit: lāpadibꝰ circūfusū? dispereā: si qd' dicere uole
bas: ipse intelligis: uin tu uti grecis uocabul'? quū sit turpe magis
uobis nescire latine: & non oratoria tantum: sed nec etiā haec
leuia nostratia. uerum non ex officina tua huiusmodi uerba: sꝫ
ex aliena emanasse certo scimus. Miror insup & maxie miror:
tātā i te 'farum sterilitatē & inopiā: ut nō cognoscas illos: q tibi
talia dictant: me meosꝙ mores laudare: quū tu existimas iuebi

An nescis misselle eutrapelos dici eos: q facilitate quadā moꝝ ꝓditi sunt: hoc est lepidos & ellegantes. placet: eos irridere te quos in me putas inuehi: o miserā hoīs cōdictionē: q q uidet nō uidet: q legit nō ītelligit: quos sibi amicos existimat: irrisores sui ipsi9 hꝫ. q aliena ꝓ suis: q̄uis ipō digna: edit. q si uiuus ē ne scit: si mortuus ignorat. Sic sic semper efficito donec tibi ilia rumpantur.

Ausus & idē es maledice me increpare ꝙ martē esse in 2 a sole diximus: quē in horoscopo repiri iactas. Nūc uideo te ab astro logia remotissimū: q si loca planetaꝝ in figura cōsiderasses: & ea ut astrologus pcepisses: solē ꝑfecto uidisses in ii & martē in xii licet sint in eodē signo in figura introitali: p æquatiōes tamen domoꝝ erunt in diuersis domib9. Erit igit̄ sol in ii & mars in iz q̄ ē in 2o loco a sole. itē in figura cōiunctionali in q̄ tua iactas fundamēta sol erat in 8 & mars in 9. itē in medio ecli psis sol erat in 7 & mars in 8. ergo in 2a a sole. Vadis adhuc in ficias impitissime? Nō ne hoc idem q̄ plures nobis doctiores fa ctitarūt? lege lege cæteroꝝ astrologoꝝ iudicia: & quem in me eē dicis: error tuā manifestabit ignorantiā. ubi aūt garrulitates tuas diffundis: & te elleuas: & curnua sūmis: quid tandem con cludis? scilicet me errasse in elleuatiōe mercurii supra saturnū. O magnū errorē. Nescis me intelligere de propinquitate deci me domus.

Quid ēt castigas me circa dierū ellectionē ꝓ induēdis & incidē dis uestib9? castigas ne me quū sis īter socraticos notissima fos sa cinaedos? dic: nō debēt fieri electiōes nisi quoꝝ natiuitates & reuolutiones habuerim9? si quis aūt amicoꝝ natiuitatē suā nō habēs uoluerit a nobis aliquid scire: nō debemus quo quo mō fi eri pōt: morē gerere? nō debemus inquis: cur nō debemus? aut cur nō facere possumus. Res magna ꝑfecto: & grandi digna re ꝓhensione: in his iactat se nr̄ tertius Cato: in his cōtumeliosus fit: in his supb9 efficitur. hi sūt: quos maxīos errores appellat. qui quū in alioꝝ oculis festucā cernere uult: in suis trabē nō sē tit. Dū aliena graui nimis censura notat: suoꝝ obliuiscit̄ uitio rum. Errige aurēs somnicu'ose: accedas ꝓpius: paucis te uolo Videamus si sunt tui errores cū his: quos meos dicis: cōparādi: si magnitudine cedunt & numero. Videamus in quo doctrina

consistat tua: in quo tuum ingenium: in quo prudentia. Belle enim agitur quum casticatoris non castigati culpa deprehenditur quũ scuto proprio & armis ledimur nostris.

¶ Ad predictum principem D. Ioannem Bentiuolum.

¶ Hactenus princeps Illustrissime. quos i nr̃o subnotauerat errores iudicio: si errores erãt: pica loquax: & lingua dolosa: eui dentissimis: ut puto rõnibꝰ tutati sumus a calũnia nos purgantes: & a latrantiũ morsu sæuissimo deffendimus. nũc restat ut ueros errores nec excusandos: quos illius cursim ineptias legendo: obelis confoderam: in medium afferam: ut qꝫ in me effingebat: in eo cognoscat dñatio tua. Et discat semel tacere: q loq nescit. Sed ne nimis in longum tendat oro nr̃a: breuibꝰ D. T. notũ eẽ uolo: q̃cunqꝫ ab hoc indocto doctore in pnosticõ huius ãni dicta sunt: falsa eẽ: si eius uerbis & scripto credimꝰ Ait. n. sup introitali figura in arietẽ nullo prsus pacto fundamẽtũ & initiũ sũmã cum pſertim sup tali figura iudicia firmare uanum sit & inutile. Sed dic mihi nebulo (nunc. n. tecũ loquor) si ipossibile ẽ nobis scire introitũ solis in arietẽ: quõ inuenis cõiunctionẽ pcedentẽ: quõ alias cõiunctiones: & eclipses? quõ plr̃as. & ea oĩa: q̃ in astrologia inueniri necesse ẽ: si uera dicenda sunt? nõ ne sol ẽ regula cunctorũ plr̃arũ? nõ ne principiũ ad artẽ pronosticãdi? nõ ne aditus ad futura pdicenda? qd q ignorat ignorabit & reliq: & si ptolomeus ipm negat introitum solis: nõ ne in plerisqꝫ lociũ corrigitr a modernis? sed abs te hoc scire uelim: quõ: q̃ arte? natiuitates facis & r̃uolutiões si itroitum solis negas? nõ ne falsa sunt q̃ dicis? falsa profecto: & falsa ea oĩa q̃ per te dicta sũt in huiꝰ ãni iudicio: iudicio inq̃ sine iudicio. q̃re qc qd per te scriptum ẽ tãq̃ friuoluꝫ & a recta iudicãdi uia discedẽs: igni dãdum est: & si id magis meruit scriptorũ auctor q̃ scripta. sꝫ hunc errorẽ patenteꝫ relinq̃mꝰ & ad alia trãseamꝰ Scribit hic garrulus ĩo eius cap. ubi de ecclipsis solaris: q̃ fuit 7 die martii effectibꝰ tractat: Circa hãc ecclipsim me mltuꝫ non extendo quuꝫ 7 uel 8 ad minus ãni pteribunt añ suorum effectuuꝫ apparitiões. nã eo tpe si uitali fungar spiritu de ipa pleniꝰ loqr? Dic bone uir: quo libro: apud quos auctores fide dignos legis: ut effectꝰ eclipsium 7 uel 8 ãnos stent: anteq̃ apparere icipiãt? & uim suã exercere? o ridiculum caput: an nescis

nunq̄ plures annos eē medios inter eclipsim & effectus: q̄ quot fuerint horæ in eclipsi: nescis hoc nugamētū tuū discedere ab oī astrologorꝝ schola: sed ꝑtereamus in astrologia errorē. Veniamus ad grāmaticē tuā proh iuppiter q̄ puerilit̄ loquis: q̄ ruditatē ostendis: quuz dicis 7 uel 8 ad minus anni: ꝑponis. n. minorez numerꝝ: deinde maiori ad minus addis: q̄ locutio? q̄ genus dictiōis? si 7 anni erūt ut ais: nō ne h̄ nūs 8 ānorꝝ nūo minor erit ergo nō ad minus: nā facta mentiōe minorꝭ nūi: nō maiori dicē dū erat ad minus. Si. n. q̄ a grāmaticꝭ docent̄: & in triuiis dictātur recordor: dicem9 hoc mō. Emptus est h̄ liber io nūmis uel iz ad plus: nō aūt ad minus. Et ualet h̄ equus io uel 8 ad minus nō aūt ad plus. Tu aūt sicut puersus es: puerse loquis: sicut idoctus indocte. Redi igit̄ mihi ad triuiales grāmatistas: & manus ferul' subiice. Vt q̄ puer nō didicisti: seniorē te nō lateāt. Non ne uides: q̄liter ubiq̄ p tua scripta errores scatēt puerilis. q̄lis ē & ille. ubi fere in pricipio iudicii obstrepis. Arbitrat̄ imo potius in sōnis uisū extitit nr̄o amico: o nouā elegantiā. Existimabas nos oēs tui similes. i. nihil itelligere? nā nobis iterp̄tari uoluisti qd significaret imo: an illd pedagog9 tūc legebas. Da eligēdi nt potius īmo. Quæ aūt sequūt̄ bona cōcordātia ē: q̄ ē: arbitratur nr̄o amico: pudet in te arguere: q̄ grammaticorꝝ sunt Ad rē nr̄az reuertamur. Si uitali ingꝫ fungar aura. Existimas ne hinc ad septē ānos te uesci uitali aura? (hoc. n. uerbo latini9 dixisses) fallerꝭ sane: si hoc putas uerꝝ. nā iuidi cito īuidia corrodunt̄: maledici & detractores diuersa subeūt p̄icula: mordaces & rabidi canes uerberib9 afficiunt̄. Illiterati & demētes in multos casus incidūt. hæretici ultimo supplicio mulctāt̄. unde uix possibile ē te lōgā uitā possessurꝝ: quū ab his oīb9 uitiis possideris: & quidem implicitus undiq̄ tenearis.

Taxo ꝑterea te ne deīceps unq̄ p̄iclitādarꝝ nauiū: nec huiusmodi rerꝝ diffinitū numerꝝ ꝑdicas i iudicio. Ais. n. 4. cap. hoc anno duæ saltē famosæ naues ad basim marꝭ p̄uenient. sed respōde q̄so: cur potius duæ q̄ 4 q̄ 6? aut io. legisti hoc in tuis astrologis aut potius sōniasti hesterna crapula repletus? Sōniare. n. oīo uideris: quū nihil fere ex astrologica disciplina te locutū pateat. Dic uidisti unq̄ ptolomæū uerbo p̄rio cētiloquii ita dicētē. astrologus aūt nō debꝫ dicere rē specialiter sꝫ uniuersaliter. ut q̄ enī

nus uidet aliquã rẽ: sic.n.facit q cõsiderat rẽ sm materiã suã: & nõ uenit ad eius certã cognitionẽ. qre pcauẽdũ tibi cẽseo ne hoc ãno loco sqmergẽdæ nauis piculiter ꝗ ipe. hoc i loco tibi gratulor ꝙ maxĩa uocabuli ꝓprietate usus es quũ ad basiꝫ marꝗ effudisti quõ ẽt: & quo astro iciꝛ potuerꝗ astrologiã hoc ãno cõtẽptibilẽ futurã nõ satis pcipio: nisi de tua sola iteiligas: nã si de ea tm̃ loqris uerificabit̃ cõclusio tua. Q nis. n. est: q eaꝫ te ꝙ siml' nõ pufaciat? non contemnat: non pro nihilo habeat? Et merito qdeꝫ. Illa. n. qd falsius est? te aũt indoctiꝰ? illa qd arrogãtiꝰ te supbius? illa deniqꝫ qd futilius? & te ridiculosius? si aũt de astrologia uniuersaliter intelligis: uera itidẽ dices: & sic me ipm repbendo: nã uilipendet̃ a te: q negas introitũ solis in arietem q oĩ ueritati astrologoꝝ aduersarꝗ: q: q̃ doces: nec ĩtelligis: nec itelliger̃ uis. Malitiosus sane hoc ĩ loco fuisti: cꝰ cõclusio oĩ repugnans influxui ueritati subiacet. Nõ sic uafer in 7 cap. fuisti ubi ponis apparitionẽ cometꝗ de mense martii. o caput (qd debeo dicere. s. ꝙ tu in me dixisti) o igit̃ caput eutrapelie lãpadibus circunfusũ. Q uis docuit te cometẽ potius de mẽse martii q̃ de mẽse maii Iunii uel augusti apparere: ubi hãc rudẽ doctrinã legisti? ũde hãc habuisti: an ex spherica ui: ut dicis? At at da ꝑ cor ueniã amice. Nundũ. n. legerã: q̃ subseq̃bant̃: ubi dicis. q si per totũ mẽseꝫ martii nõ apparuerit: tñ nõ pueniat titan ad geuna capræ: qn talis in æthere nõ uideat̃. Optimus & callidissimus iudicandi modus ꝑfecto: quũ cometẽ dicas hoc anno apparituꝝ: prio de mense martii dicis: mox a martio ad decẽbrẽ spatiũ eius apparitiõi das. Dixisses saltem: nõ reddibit titan ad arietẽ. Et sic certiorẽ te fecisses. ꝑ quo ut puto: illud addidisti: nisi eo tpe: quo apparuerit nubes eius aspectũ nobis ꝓhibeant. si aũt astute his duabꝰ cõclusiõibꝰ locutus es: nõ tñ ualebit calliditas hæc tua: inferius: ubi de bellis iudicas. Illic. n. dicis eclipsiꝫ q̃ fuit anno dñi. 1485. hoc ãno suos effectus incipere: & ex consuetudine tua falso ptolomæum sꝫo q̃drupartiti cap. 6 allegas. Vellem mihi ostenderes: ubi dicat hoc ptolomæus: sed quia supra de huiusmodi stoliditate & ineptiis te pluribus repbendi: hic paucis sum contentus. Trãsibo igitur ad tuos saturnios ĩ. ii. ca. existẽtes: ubi iudeos hoc ãno messiaꝫ (ut tuo utar uocabl'o) expectãtes crucifixuros ais pueꝝ

22

Et puerꝝ ideo: ꝗa mercurius pueros ſignificat. pape: maxĩa &
admirabilis cõcluſio. Sʒ edoce q̄ſo: ex quo angulo tuæ domus
illã extraxiſti? Quæ inſania cepit te ut id ꝓferres? Nã & ſi iu-
deorꝝ ſignificator eleuatus ſit ſupra mercuriũ: & mercurius pu
eros ſignificat: concludit̃ ne ob hoc: ut iudei crucifixuri ſint
puerꝝ: o bona cõcluſio. Sed paulũ ĩmoramur: & cognoſcamus h̄
cui acumẽ ingenii: & tuã aſtrologiã. dicis: n. ſignificator ĩpoꝝ
ẽ eleuatus ſupra mercuriũ: q ꝗdem fuit dominus cõiunctiõĩſ: q̄
xp̄i aduẽtũ ſignificaſſe legit̃. Quid nã his uerbis intelligi uis?
hoc ꝓfecto: ſi te bene percipio. Influere cœlũ hoc anno: in iu
deos: qd̄ olim in natiuitate redẽptorꝗ noſtri Ieſu xp̄i: qđ ſi ad
mittendũ cenſes ut certe facis: hoc cõcludes & fatere neceſſe ẽ
ut iterũ xp̄us uel alius ſimilis in hunc mundũ uenturus ſit: & a
iudeis iterꝝ crucifigendus. O merã hereſim: o belluã a terris a
uertendã: & undecũq; exagitandã: non ne uides miſelle in q̄s
cadis ineptias. ꝙ ſi negaueriſ: & tantũ de cruciatu ſimili intelli
gere te dixeris. hoc eſſe falſũ reſpondebo: & te ꝗd garris ne-
ſcire: quũ tũc iudei nõ puerũ ſed hoĩeʒ ꝑfectũ: ut pote q tres &
triginta ãnos natus erat crucifixiſſe. Si pueros mercuriũ ſigni
ficare dixeris: ut dicis: & albumaſarẽ allegaſ: ac ſi ſolus albuma
ſar hoc ſcriberet: quũ ꝗſq; aſtronomiæ auctor idẽ aſſerat: nõ ne
gem ego iſtud ꝙ. ſ. pueros ſignificet: ſed bene illud: ꝙ pueruʒ
crucifigendũ indicet: quẽadmodũ nec xp̄o crucẽ indicarit: qui
nõ puer (ut diximus) ſed iã adultus eam paſſus eſt. Dic ineptiſſi
me uir: nõ ne ẽt ſignificat mercurius mercatores: poetas: orato
reſ: aſtrologoſ: ſculptores: ſophiſtaſ: ph̄oſ: & multos id genus
hoĩeſ: cur nõ potius crucifigent iudei poetã q̄ puerũ: cur nõ po
tius aſtrologũ: pictorẽ notariũ: geometrẽ: impꝛſſorẽ: oratorẽ?
falleris ꝓfecto hoc in loco: & maxĩe falleris. Nã ſi quẽ necatu
ri ſunt iudei ex influxu mercurii & ſaturni: te ipſuʒ necabũt: q
olim ſacris eorꝝ derelictis (ut puto) ad ſanctã chriſtianorꝝ fidẽ ꝑ
ueniſti. Nã & effigies & mores & ſenſa tua ſileã: te oliʒ iudeũ
oñdũt: & qd̄ m̃te geris & aĩo: uultu indicas: ꝗ: quũ malus fuerꝭ
iudeus: peſſimus chriſtola factus eſ. Quare te moneo: ne: ſicu
ti ſoles: eorꝝ ſinagogas frequẽtes: ꝗbus ſi deꝑhẽſus fueris ĩ cru
ce pœnas lueſ: & deo cũ ſaturno ꝑmittẽte & mercurio tuorꝝ de
lictorum tuæ loquacitatis & ſuperbiæ penam patieris.

In sequēti itidē cap. quis q̄lis u: sis ingenue demōstras: et q̄ modica imo fere nulla ī te astrologiae cognitio: qui cōsiderata coronatiōe mortē p̄dicis: ac si mortes p corōatiōnē ostēderent et nō potius coronatoꝝ (ut tuo utar uocabulo) q̄lit ī ipsos et eo rū subditos cōditio futura sit testāte ptolomaeo 83 uerbo cēti loquii. Cui9 doctrinā p̄fiter (ut scribis) garrule: licet pēitus eā ignores. Inqt ptolomeus loco p̄legato hora adeptiōis dignitatis ē: quod erit iter illū & principē eius. Hora uero intrōizatiōis ei9 est modus ei9 in opere suo itelligens ptolomeus p horam adeptionis dignitatis horam ellectionis indignitatem: Et per horam intronizatiōis coronationis horā. Dic allucinator talia ne cōfingis! si fingis! haec ne fingis ut credāt! an ut nuge cō tēnāt! si ut credāt mih! cur nō saltē uerisimilia si p̄rsus nō uera ēfers! Male. n. retoricoꝝ p̄cepta tenes: lꝫ ubiq; ea semiar (ut dr̄) niteris. Ait nāq; Ci. si nō uera saltē uerisimilia. si haec dicis ut contēnant. Quae prudētia! nō ne et temetipsum contēnendū das! et oīb9 irridendū! si allicubi lectitas allega auctores ut et caeteri possint uidere nouā astrologiā: nec uelis solus sape: et sciolus esse: sed haec ōmissa faciamus: et ad te astrorudis reuer tamur: imo ad te maxime pōtifex: res. n. tua nunc agit: nam h̄ nr̄ astrologus te minime cōspicit euadere annū saltē 1495 uel aliquātulū ultra Cauendū igit̄ sūmope tibi est: hoc ēt āno nam particula illa saltem & p̄nti anno tibi minatur: & nō minat̄ solū uerum omnino mortē affert: quā se dicit cōspicere: si autem q̄ bus oculis scire uoluer: nil aliud habebit respondēdum: nisi se dixerit oculis ignorātiae: uel quos sub talis fert: & si hoc spatiū (ut nō uereor) euascer eū inscitiae rep̄hēdētib9 respōdebit. itel ligebā ego illd aliq̄tulū ultra 6 10 & 12 ānos: o bona iterp̄tamēta Ait insuper in calce huiusce cap. utinam nō sit sisma. dic caput pumice cauernosius a qua coelesti cā schisma proueniat! Quis h̄ nō ingenue fatebitur te nouū hoiem ex nouis libris: si nō ex libris loqueris: nouā artem nec prius uisam edere! Et q̄ nocte crapula repletus somnias in die scribere! Dices nō haec ex me loquutus sum: id enim dictum antea uideram a bononiensi quo dam perito astrologo. O sic sic latrocinia tua retege: sic furta tua aperi: sic nihil tandem tui in tuo iudicio iudica & fater: nō enim me latet: si quid boni: quod omnino parum est: & ex arte

23

cóntinet tuũ hoc pronosticon: non tuũ esse: sed hinc inde ex caeterorũ scia & foetibus erreptũ: nec mirum si ultimus e tene bris in lucẽ prodisti: copiã. n. habere uolusti: unde pabula sum meres, sed te in futurũ admoneo: ut si qd ex alieno labore sub laturus es: id tantũ erripias: & tuis inseras: qd lectione cõstet: & doctrina pbetur: nõ aũt qd experiẽtia multarum rerũ: qualis in nro bononiensi est: ut in hoie & prudenti & seniore: cogno sci & diuulgari possit: quũ tibi ut pote iuueni inexpto: impito imo oium bonarũ artium penitus ignaro: nulla psus experien tia sit: cui solũ supest responsum: si sisma nõ fuerit: ut dicas de um tuas exaudisse orationes: nã hoc profers. Vtinam sisma nõ sit: haec te docere uolui: uereor tamen: ne tibi respondeatur: hereticorum orationes deũ ut iustũ nõ exaudire.

Hic plurima fastidio ductus ptermitto: quae in cap. de martiali bus solaribꝫ & uenereis reprehensionẽ & qdem maximã mererẽt Et trãseo ad tuos mercuriales. ph iuppit quot ibi errores: quot puerilia: quot meram ruditatẽ & stultitiã indicantia. Quae quum lego: nõ me ipsum queo cõprimere: qn in illud olim ciceronia num prumpã o mores o tẽpora. Vlulat. n. hoc mõstrosissimũ mõstrũ astrologos hoc anno in maximas infamias labes & cala mitates plapsuros: inimicitias odia rixas inter ipsos nasci turas eosq carceres uisitaturos: & (qd extremũ est) morituros. Dic pau lulũ mihi ignorantisse quae acerbiora dixisses si mercurius pp coniunctionẽ cũ saturno damnatus eẽt: forte id existimas? an? responde? uere (ni fallor) putas eum dãnatum. quid mõ si retro gradus eẽt: si cõbustus si cadens ab angulo: & si alia infortunia propulsarent? quae omnia: nisi credas: nescio cõiicere quis fu ror te ĩpulerit haec falsissima scribere: quibus uel rudibꝫ pueris indicas te nullos terminos astrologiae: nec huius art modos ha bere: quare i: & repete nũmos pfusos: aut iterum te magistro subiice: uel quod tibi utilius erit redi ad armenta: q in mõtibus errantia nudius tertius reliqsti: illic. n. qd in scholis minime consecutus es: nancisceris: ubi forte ptolomaei uel hermetis aĩa tuũ corpus intrabit: & te repente faciet astrologũ: interea ut so litus es oues custodias: & consueto illic fungare officio: ad qd idoneus magis & aptus eris q ad pnosticandas inter astrolo/ gos rixas & odia: quae cõclusio ut uerificaretẽ (hoc. n. iam aio

gerebaſ / aſtrologũ cepiſti ꝓuocare ad bella: cui detrahiſſ: cuiuſ ſcripta laceraſ: in quẽ ſpurciſſimo ore inuehiſ: o hoiſ aſtutiolã hoc modo uoluiſti falſa non dicere! hac uia uoluiſti nugaſ tuaſ ſortiri ueritatẽ! ſic fit! talia moliunt̃ domi tuae! ab demenſ ab inſcie nõ nõ ob hoc ueridicuſ eriſ: nõ non ueritate ob hoc decorabũt tuae ãbageſ. Nõ ꝙ inimicitiaſ tecũ tecuſem: nõ ꝙ tua odia magnificiã: non ꝙ hoſtiſ ꝑpetuuſ tibi ẽe non uelim. imo: pax erit haec nobiſ donec mihi uita manebit cum pecore infirmo q̃ ſolet eſſe lupiſ. Sed ob hoc. ſ. ꝙ non erũt haec odia inter aſtrologoſ: ſed inter aſtrologũ: & hominem prorſuſ aſtrologiae expertem: imo inter aſtrologum & monſtrum nulla uirtute redemptũ a uitiiſ: ægrum ſolaꝙ libidie forte. Exiſtimaſ forſã flagitioſiſſime te nõ noſci bononiæ. Nouimuſ nouimuſ flagitia: nouimuſ ſcelera tua. q̃ ante multoſ dieſ oia innoteſcent Vah ſupbiam hominiſ: uult hiſ ratiunculiſ: hac calliditatula inter aſtrologoſ numerari: qui nũdum aſſereſ librorũ uidit: q nũdum aſtrologica cognoſcit elemẽta. Mercurialeſ inquit liteſ & diſcordiaſ cum religioſiſ habebunt. Quid ni. tu qui mercurialiſ nõ eſ uerũ ſaturninuſ diſcordiaſ habeſ & liteſ ſemp cum religioſiſ. Nec cũ religioſiſ tãtũ: ſed cũ ipſa religione: & cũ pñe religiõiſ Ieſu chriſto. Cuiuſ dogmati & fidei tanq̃ pſeudo chriſticola aduerſariſ: & ſacra cunctẽniſ ac irrideſ: ſʒ ſpero breui ſupplitia tuorũ patieriſ criminũ. Aiſ inſup unuſ uel duo phĩ uel aſtrologi famoſi hoc anno deficient. Si ego te uel phũʒ uel aſtrologũ cognoſcerẽ: eũ dicerẽ eẽ: qui hoc anno moriturus eẽſ nã famoſuſ eſ: imo pp uitia: quibꝫ ingnatuſ eſ: famoſiſſimuſ: cui ſuplatiuũ ſi qd deerit: id oẽ per me adiũget. nam te non ita liæ ſolũ ſed ubiꝙ notum efficiam: tu tuam inſcitiam ſcripſiſti: ego autem tua diffundam flagitia: & ſic tuo labore & meo ſtudio omnibuſ notuſ eriſ & famoſuſ. Adduciſ ꝓterea alchimiſtaſ & necromantoſ: in qbꝫ deſcribendiſ tãtũ uteriſ loquacitate: tã tã plixa garrulitate ut unũ te ex hiſ fateare neceſſe ſit: nã tractant fabrilia fabri: & de tauriſ narrat arator. Enumerat mileſ uulnera: paſtor oueſ. Voluiſti enim hoc loco: ut crederent homineſ quod palam profiteriſ. Nam paſſim iactaſ te perfecte nigromantiam callere: ꝙ tibi ad laudẽ maximã reputaſ:

& hac ſagacitate ſcholaſticos rerum cupidos nouarum ad lecti
onem immo ad te nugilegum poſſe allicere exiſtimaſ. pape ſa
gaciter agis. mauiſ. n. ſicuti es hereticus haberi: q̄ auditoribuſ
carere. Nec timeſ inquiſitorem diui Dominici: q̄ tui ſimileſ ul
timo afficit ſupplicio. Sed paucioribuſ q̄ faſ ſit pertranſire ui-
deor: & tuae laudi detrahere. Inſiſtat igitur hoc in loco tua ſcri
pta legenſ: qui qualiſ ſit tua uita: qualeſ moreſ: quale ſtudiū: q̄
utiſ: q conditio: qſ ſtatuſ: q̄ tandē temeritaſ ſit tua cognoſcere
deſiderat. Quiſue ridere imo cachinarī uoluerit. proh deuſ: pu
det ſane rīferre: q̄ leuiſſimus hō hic effudit: referā tn̄: ut ſi qui
forte ipſiuſ ſcripta nō uiderint aut uiſa nō recordenē hic in no
ſtriſ ptem eiuſ ineptiarꝝ: licȝ & haec minima ſit: aut cognoſcat
aut recognoſcat. Dicit nāq̄. Ad ſecreta naturæ mercurialeſ ſūt
diſpoſiti: aliq. n. in ſtudiiſ alchimiae ſe exercebūt: nūc geberū
mō Arnaldū de uilla noua: nunc fratrē ioannē de ariopatiſſa cū
Sedacino aliquādo Reimōdi codicillū cū teſtamēto & morienū
interdū hermetē legenteſ & cartulaſ ſecretorū reuoluenteſ: &
Mariā ſororē Moiſi nō ſpnenteſ & adinuicē cōtēdenteſ & cōfa
bulāteſ mercuriuſ nr̄ nō ē mercuriuſ uulgi & nr̄ lapiſ ē lapiſ &
nō eſt lapiſ aliq ad albū nō nulli ad rubeū pticularia anellāteſ q̄
ritabunt nōnulli ad negromāticā artem ſe tradēt hic Salomōiſ
clauicula ille Almadel aliꝰ artē notoriā nō nulluſ picatricē cum
hermete & thebith benchorath perſcrutāſ hic uero Arielem il
le baronē uel aſtaroth inuocabit. Alii intellgentiā uenerîſ e
celo in thalamū ſuū cum multiſ fumigiiſ & orōnibꝰ deſcēdere
rogabunt. haec refert nr̄ aſtrologuſ: haec noſtri doctoriſ doctri
na: haec iudicii illiuſ maieſtaſ: haec chriſtiani hominiſ religio.
Neſciebat aduerſariuſ noſter: quibꝰ uerbiſ: qua arte ſuā nobiſ
manifeſtaret doctrinā niſi huiuſmodi deliramēta: huiuſmodi nu
gationeſ effunderet: & longa ſeriē recenſeret noīa ipſo pene ti
menda ſono. quiſ adeo inſanuſ: adeo temerariuſ: adeo uecorſ
haec edidiſſet! haec impſſioni mandaſſet! hæc ſuo uaticinio le
gi poſſe uoluiſſet! proh iuſte deꝰ: taleȝne naſci hominem q ſic
pudore nullo afficiatē! q nullā prorſuſ conditioniſ ſue rationē
habeat! Nō ne hoīſ hoc eē nō ſani nō ſanuſ iuret horeſteſ! Scie
bamuſ miſer ſatiſ ſciebamuſ te alchmiae fallaci: & doloſae arti
deditū: nec mirū eſt: ſi niger: ſi turpiſ ac deformatuſ es: ſi cri

spos ac obtortos habes capillos: si deniq insanus: insane loque ris. haec enim tibi omnia accidūt: assiduis suffitibꝰ: quos dū di stillationibꝰ uariis iuxta fornos tuos instas die noctuq pater ꝛ: e cerebro humiditatē tuo disicantes. & quū multa nescio q̄ di stillare miser arbitrarꝛ: temet ipsum distillas: ac insanū reddis. Desere igit̄ haec tua suffimēta: tuas distillationes: & tuam: cui inuigilas: negromātiam: tuoꝝ ue demonū plurima noīa con/ uocare: q̄ te stigiis agitatum furiis meritis cruciatibꝰ afficiunt: quū nulla te qetudine donent. Opportune profecto & belle il lud exclamasti: o quātum rebꝰ inane est. Sed hoc etiam addi/ disses. Quis leget haec? nemo: uel duo uel nemo.

Quod dicis hoc anno mulieres natos in aquis suos sumersuras puto toruitatē tuaeq gēitricis atrocitatem adhuc te formidare: q̄ quū natum uidisset: aspectuq cognouisset ꝑpter flagitia & fi dē ethnicā igni penas q̄doq datuꝝ: in ticini aqs te submerger̄ tentauit. sꝫ fata obstiterunt ad maiores cruciatus te refuātia.

Epistola ad p̄dictum. P. D. Ioannem Bentiuolū.

Ex his: quae hactenus pstrinxi facile dignosci pōt. princeps Illustrissime qualis sit doctrina istius nostri obtrectatorꝛ & ma/ ledici: q tāta arrogātia & ueneno aliena inficere: rabidoq mor su dilacerare ausus ē: nec q se phm fatet̄: phicis parere uoluit ꝑceptis: q̄ sunt: tua prius examinato q̄ aliena repĥēdas. Te ipsꝫ castigato: q ī alios paratus es dicere. Trabē prius in oculis tu is stātem uideas & eripias: q festucā in alienis cernere uis lu/ minibꝰ. Sed tanta huius fuit caecitas & lipitudo: ut quos in suis unus qsq conspiciebat scriptꝛ errores: meis inscribere uoluerit hic nr̄ censor absq censura. Scio ꝑfecto dignissime princeps grauiores morsus hūc latrantē meruisse. Sed sue miserebar cō ditionis: & demētiae: q adulatores blādos (ut ait Hieronimus) inimicos: nō cognouit. Et licet ab amicꝛ: & q̄pluribꝰ huius tuae urbis ciuibꝰ ad respōdēdū suaderer: nec nō ab Illustrissima. D. T. nō aequo ferēte aīo tales in eos inuectiones & latratus: q te diligunt colunt & uenerant̄. Nō tamē: ita me deus amet: respō

25

dissem: nisi me hæreseos uitio accusasset: accusasset inquam il
le: ille inquam: qui meram in se profitetur hæresim: q̄ quū ui
dissem: me continere non potui: in unicum: & eius sacrosan
cta dogmata: deum credentē. Huc usq; igitur & nos purgando
& aduersarii errores subnotando: non irati nimiū processimus
Nunc superest ut ab hæresi mihi falso ascripta me liberē: & su
is telis hostem feriam. Ait enim Hieronimus in quodā sermo
ne de resurrectiōe dominica. Validis absq; dubio nititur priui
legiis: qui causam de aduersarii asserit instrumentis. Speciosa
uictoria est: contrariā partem cartulis suis: uelut propriis laque
is irretire: & testimoniorum suorum uocibꝰ cōfutare: & aemu
lum telis suis euincere: ut oppugnatorꝭ tui argumenta: tuis ꝓ
bentur utilitatibus militare. pro qua re efficiunda: si in excāde
scentiam: aut maledicta (imo nō maledicta sed maledictis re
spondentia: nimis proruero: parcendum mihi: & quidē ab ipso
hoste: censeo: quum nec qui sancti habebantur: id satis quiete
& animo sedato: efficerent: Vale.

Ad te nunc me tandē conuerto inhumanissima bellua: & parti:
quam in praesentiarū nouissimam faciemus: tuarū inuectiuarū
respondeo. tam & si nequaquā respondere debuissem: naꝫ con
tra astrologiā non sunt rationes illae sed sophistice: ut inferius
patebit. Ait namq; philosophus primo posterioꝝ. Contra astro
logū non arguit: qui astrologice non arguit. Sed ne sus miner
uam docere uideatur. ne hæreticus christianissimum hæresi in
famare amplius audeat: neue caput ignorantia plenū lætetur:
astrologos mordere: respondebimus: & te ut meruisti tracta
bimus. Prodi igitur ī medium: & te: si potes defende: defen
dere enim debes: qui pœnæ capitis: nisi quae scripseras uera
essent: teipsum obiectasti. Videamus igitur si uera sunt: si
mea fidei christianae repugnant: si non potius tua sceleratissi
me: cuius tanta fuit audacia: tantaq; uecordia: ut labem hærese
os mihi inscripseris: nec mihi solum: sed & eodem uitio di
uum conciliatorem: uirum omni ætate admirandūꝫ: & nullius
sciē expertē accusaueris: q̄ dixerit Ioue existente in medio cæ

li cum capite draconis non pæteribit & cætera. Ausus est in/
quam de hæresi repraehendere illũ: qui sæpenumero suspe/
ctus habitus maxima laude & honore euasit: mandato etiam su
perueniente ap'lico ut ipse met de se ipso testatur drã. 9. drã.
48. & 54. & alibi sæpissime: sed christianissimi uiri auctorita
te omissa conclusionis ueritatem contra eos ethnicũ & linguã
dolosam uideamus. Quid ais? conclusionem meam sapere hæ
resim? dicis ne hoc ex te: an scriptoris alicuius auctoritate du
ctus. Si ex te dicis: ego ex me respondeo. Et assero deũ quan
doq: & sæpe: in haec inferiora necessario necessitate conseqn
tis nn autem necessitate coactionis agere. Et enim uidemus:
& ratione quidem euidentissima ipsum in generatione fœtus
materia existente praeparata pro susceptione animæ intellecti
uæ animã ipsam intellectiuã pducere: hoc inquã uidemus: hoc
tenemus & catholice quidẽ tenemus. Alioquin materia prima
esset sine forma: uel haberet formã cũ dispositionibus omnino
sibi contrariis: quorũ utrunq abhorret peripateticorũ schola.
Verum te haec non intelligere: non me latet. Ad hæc nãq
fercula dentes nequaq idoneos habes. Dic mihi praeterea ubi
unq̃ uidisti tuis oculis cecutiẽtibus ac lippitudine plenis: aut a
quo audiuisti: q deus non tandem & breui quidem exaudierit
illum: qui iuste & deuotissime eum praecatur. Constellatio igi
tur haec (ut firmissime tenemus) non deum exaudientẽ dispo/
nit: sed nos ipsos orantes. Testatur namq Augustinus: si mihi
non credis: dicens. Deus uirtutẽ rebus impartitur: ut eas pro
prios motus agere sinat. Deus autem dedit cœlo uirtutem di
sponendi hominem ad impetrandam gratiam ab ipso. Ideo ip
sum cœlum sinit deus actionem sibi propriam exercere. Con
cedimus igitur: caput ridiculum: & bestiale (ut tibi conuenien
ti uocabulo utar) Deum mere libere & cõtingenẽ ad extra age
re & uoluntarie: & cõsequentiã tuã sophisticã negamus. Cõdi
tionalẽq ĩprobationẽ inductã itidem negamus. Si petitionibꝫ
obedit pp astra necessitatur ab eis. Ideo: quẽadmodũ testante
Aristotele ex ignorãtia dialeticæ antiq in uarios ceciderũt er
rores: ita ex simili ignorantia te cũ fautoribꝫ tuis in manifestis

26

simum errorem cecidisse ostendis. Quare rogationibus iustis (ut dictum est) non naturaliter: sed uoluntariæ deũ obtempera re concedimus: sicuti omnis theologorũ schola confitet̃. Sed forte dices: non scripta: uerum modũ scribendi reprehendo. Nam dicis. non preteribit quin breui consequatur. uah callida tergiuersatio. Modũ hunc dicendi reprehendis? uulgo exposi/ tã: & tritam dictionem accusas? quae nugacitas? quae malitia? q̃ ridiculosa excusatio: si excusatio haec te ab errore & ignorãtia purgatum reddiderit. iam iam cognosco miser: iam patet scele rate te magis libros a sacris canonibus legi prohibitos lectitas/ se: q̃ fidelium codices. Non recordaris profecto: neq; enim re cordari potes: quae nec uidisti nunquam: nec audiuisti: nec au dire curasti. Veritatem ipsam christum ipsuz redemptorem no/ strum dixisse. nõ p̃teribit unus apex a lege donec haec oĩa fiãt Non ne ex hoc patet imprudentissime: te christum repraehen dere: si hũc meum dicendi modum repraehendis? Et te sabel lianum uel arrianum extra fidem ponere. Sin autem christi di ctum redarguis: tace: aut te male dixisse mecum confitearis. ꝙ Aristotelicæ disciplinae nos aduersari dicere praesumpseris. Miror caecũ de colore iudicasse: & qui ꝑrsus huius disciplinae expers ẽ: tam leuẽ & credulũ fuisse: ut aliéa mendatia pro suis ueritatibus impressioni mandarit. Es ne tantae (omnino enim te magnae sciebamus) dementiae miser: tantae inconsideratio nis & inscitiae: ut quae ab aliis edenda pro tuis acceptas: nõ di ligenti animaduersione castiges & corrigas: & praecipue quum in alios dicturus accedis? Scio tamen parum tibi profuisset hu iusmodi dicta pensitare: nam tuorum dentiũ non erant haec ci baria: & tuam tandẽ ignorantiam ostendisses: quã nunc oro re cognoscas: & quid loquutus ĩmo obloquutus intellige. Dimis sis enim fidelibus aristotelem pro nobis exponentibus opinio nem aristotelis deum omnia intelligere: ad themistiuz & alber tum magnum praeclarissimos philosophos me conuertã in idez consentientes. Vbi albertus magnus se uerbis aristotelis nihil penitus addere nisi expositionem confessus est. Vnde igitur euidentiam habes? unde conclusionem tuam assumis. Deũ nõ

omnia cognoscere! ex sociorum ignorantia! de quorum doctri
na confidis! imo quorũ ignorantia periclitaris! si autem Auero
im induxeris: dicam te cõmentuz: quod allegas non intellige
re: & hoc scio non negabis. Si qui enim sunt cõmentatorem re
cte intelligentes: fatentur nobiscum: non eum absolute nega
re deum cognoscere ista: sed certum determinatũq̃ modum co
gnoscendi deo repugnare dicunt: scilicet recipiendo. Fatetur
enim ibi aueroi s. primum sit omnia: secundũ q᷑ scit se esse cau
sam illoꝝ: uerum haec te non percipere non uereor: pro te. n.
nimis alta sunt & subtilia: & dato q᷑ Aueroim in sententiaz tuã
haberes: quem contra te aspicis modo: utiq̃ dicerem: nulli do
ctori falsam sententiam esse imponendam: nisi ex uerbis eius
euidenter haberetur: aut per cõsequentias bonas ex illis dedu
ceretur. Ideo dicerem tunc cõmentatorem in illo Aristotilem
non intelligere uoluisse sicut cæteris in locis ubi a ueritate de
uiat cõmentator: dicendum est. q᷑ autẽ dicis ex hoc sequeretur
deũ de his inferioribus cognitionem & sollicitudinẽ habere: &
Aristotelem allegas. Respondeo q᷑ ne dum inscius es sed ipsa
inscitia: ne dũ hæreticus sed ipsa hæresis. in triplicem nãq̃ er
rorẽ statim cadis miser: primo quia sententiã contra fidẽ publi
cas catholicã: scilicet deum istoꝝ inferiorũ sollicitudinẽ non
habere. Et philosophorum auctoritate confirmas eaz. Secundo
quia late patet etiam nouiter intrantibus ad philosophiã te con
tra philisophiã dicere. Nam omnes recte sentientes in philoso
phia concedunt deũ curam istorum inferiorum habere. Tertio
quia falsam sententiaz Aristoteli philosophoꝝ principi & eius
sublimi cõmentatori falso ascribis. sed haec dissertius differa
mus! & in te acrius ut meritus es inuehamur. Quid ais sequere
tur deũ de his inferioribus cognitionẽ & sollicitudinẽ habere
ergo non habet deus cognitionẽ & sollicitudinẽ de his inferio
ribus! O nefandam: o spurcam blasphemiã: o hæresim manife
stam. Non habet curam deus & cognitionẽ de his inferioribus!
proh bone deus: unde nefas tãtũ! unde hæc audacia! unde hæc
temeritas & ignorantia! unde tãta praesumptio hominis: ut ea
is loqui: dicere: affirmare: & quidem scriptis diuulgare audeat

27

de te: quod & cogitare nefas sit? potes ne tãtum haec ꝑpati iustis
sime deus? potes ne tui ipsius iustitiam suspendere: nec rutilã
tia fulgura in huius pernitiosissimum monstri caput mittere?
nec hanc perditissimam luẽ tuo igni comburere? aut hunc hia
tu terrae nequissimũ ad tartara ipa detrudere? nõ ne uides sum
me deus: negat tuam cognitionem de inferioribus: & te de his
curam non habere dicit? Quae creasti ergo deus non cognoscis
quae tanta sapientia ordinasti obliuisceris: quae in mundo uiue
re iubes: & tua morte redemisti non curas? cur igitur pie deus:
tua sacra colimus? cur te perfectissimum fatemur? cur ẜm uirtu
tem operamur? cur delicta confitemur? cur sacratissimum tui
corpus in eucharistia sũmimus? templa frequentamus? oramus?
uigilamus? ieiunamus? si huiusmodi non curas? si haec perdita
sunt: frustrata: contempta. Debeo ne haec non falsa existimare
bone deus? debeo ne credere? sed quis me ad hanc credulitatẽ
duxerit? Augustinus ne? an Hieronimus? nempe insidiator: nẽ
pe omni uitiorum genere infectissimus uir: imo inhumanissi
ma bellua: porcus omni cœno inuolutus: & a cæteris gregibus
abigendus: ut pote qui omnia dehonestat: dedecorat: inficit ꝓ
fanat (& ꝙ peius est) ad manifestissimam haeresim: omni nixu
& arte adducit: aut adducere conatur: sed qua ratione? nulla ꝑ
fecto: qua auctoritate? Aristotelis & Auerois: ꝙ falsissimũ est.
Vnde operae praecium esse duco auctoritatibus & Aristotelis
& Auerois: quos hic haereticus in suam adducit, sententiam:
ostendere deum habere curam de his inferioribus: ut cognosca
tur aduersarii perfidia: & quae mereatur supplicia. Scio namq
illum & si fatuum non nobis negaturum Aristotelẽ & cõmen
tatorẽ sibiipis nõ cõtradicere: nec alterꝫ alterius sentẽtiae refra
gari. Vade igitur: & priusq̃ tuae haereseos caeterorumq deli
ctorum igni pœnam luas. lege conclusionẽ quã infert Auerois
duodecimo metaphisice in fine cõmenti 57 sub his formalibus
uerbis positam. hoc igitur modo uerum est deũ sollicitari cir
ca indiuidua. Opinio autem media inter duas extremas opinio
nes quas cõmentator Auerois recitat duodecimo metaphisice
cõmento quinquagesimosecundo in fine cõmenti est. Veritas

est ꝙ sollicitudo est & loquitur de deo ut patet intuenti . Item secundo de anima cōmento trigesimoquarto . Sollicitudo enī diuina quum non potuerit facere ipsuȝ permanere ſm indiui duum : miserta est in dando ei uirtutē qua potest permanere in spē . Itē secundo caeli cōmento 34 natura per diuinā sollicitudi nē posuit aliquas res non ex necessitate sed ut esse illius aialis sit melius & perfectius : & cōmento 37 eiusdē libri quū sit de terminatū ꝙ cogitent per intellectū & ꝙ habeant sollicitudinē erga nos . Neqꝫ impedit ꝙ cōmentator . arguat quia sūmit hoc tā q̄ uerū in argumēto : ut patet legenti . Aristoteles ꝑterea primo œconomicoꝝ . Simul aūt & natura replet ac perhiodo semꝑ es- se cū per numerū nequeant per spetiē tamē sic ꝑordinata fuit a deo utiqꝫ natura masculi & fœmine ad cōmunicationē . Aristote les decimo ethicoꝝ cap . 10 . Si . n . quaedā cura humanoꝝ a diis fit quēadmodū uidetur : & erit utiqꝫ bene rationabile gaudere ipsos optimo & cognatissimo . Et cōmentator Auerois ibidem Et si quidē cura sit deo de hominibus ut creditur & ut debitum est & caetera . Itē Aristoteles primo metheoroꝝ . Est autē ex necessitate contiguus iste superioribus lationibꝫ ut omnis eius uirtus gubernetur inde . Si autem ab altis gubernamur cur non sollicitudinē nostri habent ? Secundo cœli etiam saepe & duo decimo metaphisicae habitum est a cōmentatore Aueroi supe riores intelligentias esse propter ista inferiora secundaria intē tione . Quid autem nunc ais : insulsissime ? Quid nunc tandē respondes mendax & sacrilege ? Est ne hic Auerois tuus ? hic ne Aristoteles tuus ? his ne aduersatur dictum meum ? hos tu falsa allegatione : iniqua probatione contra me adducis ? Ea al- legas Aristotelis : quae in toto aristotele non sunt ? Vnde un de tanta uecordia ? Vnde tanta tuae dementiae fiducia & teme ritas : ut pro te adducas : quae contra te sunt : falsisque constitu tionibus nullo auctore habito utaris ? & testificatione nulli- bi reperta aut uisa te fulcias ? Sed ubi lex nunc cornelia dor- mis ? uterē uterē ꝑtāte tibi ꝑmissa . Exerce ius tibi cōcessū . Expgi scerē tādē . Et delinquētes q̄ pœna soles puni . Hic ipudētissi mꝰ deliq̄t : hic celauit : hic surripuit : deleuit subiecit resignauit

28

hic iustissima lex falsa allegauit: & contra fidem catholicā: con
tra christū redemptorem suū allegauit: quod igitur dignum
sibi supplicium reperies? quae digna illi noxa? Tu profecto
Sanctissima lex: seruos ultimo supplicio: liberos deportatione
puniri statuis. Verum haec omnia & si huic soli dentur: non ta
men illius cōmissis aequalia sunt. hunc igitur spolia: hunc cru
cia: hunc occide: hunc extermina. Et si quid atrocius in hunc
coniicere potes: nihil enim est poenarū: quod falsis allegationibus
& his potissimum contra fidem ac religionem nostrā utentes
non mereantur. Et si caeteri: quaecunque tormētorum reperiri possūt
merentur: hic noster sacrilegus imo diabolus: quaecunque & re
periri & excogitari possunt meritus est: qui ut omnino suam
marcentem heresim omnibus notam faceret: & rabidos in me
morsus uerteret: ut qui nec humanas aut ciuiles nec diuinas
leges formidat: illud protulit: de quo capite conciliator intel
ligat incertum est: an scilicet Iouis: an lunae an aliorum plane
tarum. De quonā capite existimas illum intelligere: de aliquo
rum capite planetarum? ah falleris miser. Intelligit enim de ca
pite tuo aequiuoco & anomalo: & (quod miserabilius est) haeretica
malignitate pleno. Vix equidem mihi suadere possum te tam
memorabili ignorantia: tam praestanti ruditate insignitū ut tri
tissimam apud dialeticos propositionem: & ipsius aristotelis
in plerisque locis annotatam ignores: quum aequiuocum simpli
citer profertur semper in potiori suo significato intelligendū
esse: & licet caput possit aliis plāetis atribui: antonomasice ta
men pro capite draconis lunae sūmit̄. Cuius natura teste alcha
bitio est iouis & ueneris. Quare id te ostendendae potius hae
reseos (hoc enim decus reputas) causa: q̄ quod omnes sciunt igno
rare: non dixisse uereor. Vnde tamen haec tua haeresis processe
rit scire desidero: quae ue ratio: imo uecordia (neque enim ratio
dici potest qua id agitur: ut nulla sit ratio) te in haec deliramē
ta traxerit: ut deum curā de mondo nō habere teneres. Quid
enim fere hoc aliud est q̄ fateri deum nō esse? uel si est: mūdū
nō creasse? Nam si mūdum creauit ut illud geneseos ē in prin
cipio creauit deus coelum & terram: cur de eo curam nō habet

Quid enim stultius est q̃ ea creare : q̃ deinde nec regere : nec
curare uolumus. Casu dices & fortuna regitur : petã ego a te qd
sit casus : qd ue fortuna : & utrũ mentẽ ac rationem in se habet.
Verũ & si qd' tenes confutare dementis admodũ sit : quũ ex ue
ritate manifesta fides nostra contrariũ sentiat. Nitar tamen di
sputatione Firmiani uiri catholici id ostẽdere : quo ingenue fa
tendũ censebis : & aperte : (ni prsus perditus sis) cognosces : mu
tandã tibi sententiam : si in numero fidelium eẽ uolueris. Va-
ria de mũdo philosophoꝝ sententia fuit : alii eũ ab æterno fuis
se crediderũt : alii natura factũ : alii ex atomis asseruerũt. Si qd
inquit est chrisippus qd' efficiat ea : q̃ homo licet ratione sit pdi
tus : facere non possit : id profecto est maius & fortius : & sapiẽ-
tius homine : homo aũt non potest facere cælestia : ergo illud :
qd' hæc effecerit : supat hominẽ arte : consilio : prudentia : pote
state. Quis igitur potest esse deus? natura uero : quã ueluti ma
trẽ esse rerum putant : si mentẽ non habet nihil efficiet unq̃ : ni
hil molietur. Vbi. n. nõ est cogitatio : nec motus est ullus : nec
efficatia. Si aũt consilio utitur ad incipiendum aliquid : ratiõe
ad disponendũ : arte ad efficiendũ : uirtute ad cõsumãdũ : pote
state ad regendũ & continendũ. Cur natura potius q̃ deus no-
minatur? aut si concursus atomoꝝ uel carens mente natura ea
quae uidemus : efficit : quero cur facere cælum potuerit : & urbẽ
aut domos non potuerit? Cur montes marmoreos uel lapideos
columnas & simulacra non fecerit? At q non potuerant atomi
etiam ad hæc efficienda concurrere : siquidẽ nullam positionẽ
relinquũt : quã nõ experiantur. Nam de natura : quae mentem
non habet : non est mirandũ : quae hæc facere oblita sit. Quid
ergo est utiq;? utiq; deus : quũ incoharet hoc opus mundi : quo
nihil potest esse nec dispositius ad ordinem : nec aptius ad uti-
litatem : nec ornatius ad pulchritudinem : nec maius ad molem
q̃ fieri ab homine non potuerant : fecit ipse : in quibus eẽ homi
nem ipsum : cui particulatim de sua sapientia : & instruxit cum
ratione quantum fragilitas terrena capiebat : ut ipse sibi effice-
ret : quæ in usus suos essent necessaria. Si uero in huius mundi
(ut ita dixerim) republica nulla prouidentia est : quae reget :

nullus deus: qui administret: nec oio sensus ullus in hac rerum natura pollet: unde igit̃ mens humana tam solers tã intelligẽs orta esse creditur. Si. n. corpus hominis ex humo factũ est: un de homo nomẽ accipiet? Animus ergo q sapit: rector est corpo ris: cui membra obsequũtur: tanq̃ regi & impatori: q nec aspi ci nec cõphendi põt: nõ potuit ad hominẽ nisi a sapiente na- tura puenire. Sed sicut omne corpus mens & animus gubernat ita & mũdũ deus. Nec. n. uerisimile est ut minora & humilia re gimẽ habeant: maiora & sũma nõ habeãt: ut inqt Aristoteles se cũdo phisicorꝫ textu cõmenti. 45. Deniqꝫ. M. Cicero (ut hic p̃ sus catholicos taceã scriptores) in tusculanis & in cõsolatione: Animorꝫ inqt nulla in terris origo inueniri põt. Nihil ẽ in ani mis mixtũ atqꝫ concretũ: aut ꝙ ex terra natũ atqꝫ factũ esse ui- deat̃: nihilqꝫ humidũ qdem: aut flebile: aut igneũ. his. n. natu ris nihil inest: qđ uim memorie: mentis: cogitationis habeat: quo & p̃terita teneat: & futura prouideat: & cõpleti possit p̃sen tia: q̃ sola diuina sunt. Nec. n. inueniunt̃ unq̃ unde ad hoiem uenire possint: nisi a deo. Exceptis igit̃ duobus tribusue calũ niatoribꝰ uanis. Cũ constet diuina ꝓuidentia mũdũ regi: sicut & factus est: nec sit qsquã q diagore Theodoriqꝫ sententiã: uel leucippi inane cõmẽtũ uel democriti Epicuriqꝫ leuitatẽ p̃ferre audeat: auctoritati uel illorꝫ septẽ piorꝫ: q sunt appellati sapien tes: uel pithagorę uel socratis: uel platonis: cęterorũqꝫ philo- sophorꝫ: q eẽ prouidẽtiã iudicarũt. Falsa est igit̃ illa sententia qua putant terroris ac metus grã religionẽ a sapiẽtibꝰ institutã: quo se hoies impiti a peccatis abstinerẽt: qđ si uerum sit: ergo derisi ab antiqs sapiẽtibꝰ sumus. Quod si fallẽdi nr̃i atqꝫ a deo totius generis humani causa cõmentati sunt religionẽ: sapiẽtes igit̃ nõ fuerũt: qa in sapiente nõ cadit mendaciũ. Si fuerũt sa- pientes: q̃ tanta fœlicitas mentiendi? ut non mõ indoctos: sed platonẽ quoqꝫ ac socratẽ fallerẽt. Et pithagorã zenonẽ aristote lem maximarũ sectarũ principes tã facile deluderẽt. Est igr̃ di uina ꝓuidentia: ut senserũt hi hoies: quos noiauimus ui ac po- testate: oia q̃ uidemus: & facta sunt: & regunt̃. Nec. n. tanta re rum magnitudo: tanta dispositio: tãta in seruãdis ordinibus tẽ

poribusq cōstātia: aut olim potuit sine ꝓuido artifice oriri: aut in perpetuū guberbanari sine pito: ac sine rectore: q ratio ipsa declarat. Quicqd est. n. qđ habet ratione: ratione sit ortū necesse est. Ratio aūt sentientis sapientisq natura nihil aliud pōt esse q̄ deus. Mundus aūt qm̄ ratiōnē habet: qua & regitur & cōstat: ergo a deo factus est. Ex his igit̄ patet deum eē: & ab illo mundū creatum. Sed quoniam hic noster aduersarius: immo totius christianæ fidei: negat deum inferiora curare secutus epicurū illud fatentē: nunc igit̄ restat ꝓbanduꝫ a sūmo omniū creatore & reꝝ opifice mundū & regi & gubernari: q ꝓdicti scriptoris rationib9 ualidissimis & irrefragabilib9 uerum demonstrabimus. Deus inqs nihil curat. Nullā igit̄ hꝫ potestatē. Curare. n. necesse est: q̄ habet potestatē: uel si hꝫ & nō utit̄: q̄ tanta ē causa: ut ei nō dicā nostrū genus: sed ēt mundus ipse sit utilis Ideo dices incorruptus ē ac beatus: qa semp qetus: cui ergo ad ministratio tantaꝝ reꝝ cessit: si hæc a deo negligant̄: q̄ uidemus ratiōe sūma gubernari? aut qetus eē quō pōt: q̄ uiuit & sentit? nā quies aut somni res est: aut mortis. Sed ne somnus habeat qetem. Nam quū soporati sumus: corpus quidē quiescit: animus aūt irrequietus agitatur: imagines sibi: quas cernat: effingit: ut naturalē suū motū exerceat uarietate uisoꝝ auocatq falsis: dum membra saturentur: ac uigorē capiant de quiete. Quies igitur sempiterna solius mortis est. Si aūt mors deū nō attingit: deus igit̄ nunq̄ quietus est. Dei uero actio: q̄ potest esse? nisi mundi administratio? si uero mūdi curam gerit: curam igitur hominū: uitā deus: ac singulorum actus animaduertit eosq sapientes ac bonos eē desiderat. Hæc est uolūtas dei: hæc diuina lex: q̄ qui sequit̄: qui obseruat: deo charus est. Quis. n. non sentiat hunc mundū tam mirabili rōne pfectū aliqua ꝓuidentia gubernari? quādo quidē nihil est qđ possit sine ullo moderatore cōsistere. Sic domus ab habitatoī deserta dilabit̄: nauis sine gubernatore abit pessum. Et corpus relictum ab anima defluit ne dum putemus tantam illam molem: aut construi sine artifice: aut stare sine rectore tandiu potuisse.

Quare deū esse: eundē mundū creasse: quē æqssima lance rer

30

git: & ineffabili prudentia gubernat: cōcludimus. Quæ oīa ut
pote uerissima & oībꝫ sane mentꝭ credita: nō dicenda uideren
tur. Hoc tamē effecisse uolui: cupiēs a notissima hæresi ad chri
stianā fidē: ruinosum imo ꝑditissimū hominē reducere: si pos
sem: sed frustra laboraui: nā alto demersus sūma rursus nō bul
lit in unda. Quare te admonēdū censeo: & hoc tibi: qđ forsan
ignoras significādū: tibi inq̄: qui curā habes potestatē & offici
um hæreticoꝝ eradicandoꝝ: ut diligenter urbē custodias: eāq̃
omni hæreseos macula purges. ubi (si inq̄siueris (hoc. n. uerbū
tibi cognomē tradidit) fœdissimā luē reperies oīa profanantē
& peste cuncta inficientē. nec nō urbē adducturā in maxima di
scrimina: nisi succurrēdū censueris: obstādū. n. principiis ē: &
curandū neq̄q̃ paruus hic ignis incēdiū ingens exuscitet. que
re igitᷣ hæresiarchā īuenies: sectā cōficiētē: sectā iā habētē sua
rū hæresū. q̄ q̄ magnæ: q̄ ꝑuersæ ac ꝑiculose sint: sibi crede: mi
hi ñ credas: nullā. n. fidē dictꝭ meis adhibēdā uolo: suis aūt uo
lo: uade igitᷣ & eius ꝑūtꝭ āni ꝓnosticō legito: ubi scriptū repies
Deū nullā de his inferioribꝫ cognitionē & sollicitudinē habere
quibꝫ uerbis: quid aliud cōcludit: q̄ nullū deum eē! quam rem
oīo dicere uoluit tanq̄ uerus Epicurus: quē. M. Tullius a possi
donio refert: sensisse nullos eē deos: sed ea: q̄ de diis locutus
sit: depellēdæ inuidiæ causa dixisse. itaq̃ uerbis illū deos relin
quere: re ipsa tollere: q̄bꝫ nullū motū: nullū tribuit officiū. Sꝫ
cōcedamus: ut hic nr̄e ætatis Epicurus deū esse credat: qđ oīo
magis hæreticū & cōtra fidē nr̄aꝫ est: q̄ uel deo curā huius mun
di: uel eiusdem cognitionem non habere! o lapidandam bla
sphemiā! o facinus inexpiabile. Neq̃ enim adhuc me contine
re possum: quin ad te reuertar sacrilege: quin te alloquar sus
lutulente. Num ne pudet adhuc flagitiosissime: hæc de deo
dicere: quae nec quidem cogitare fas est! Sed ede rationem:
quae ad hoc te credendum impellat. An forte quia sic uelles:
ut peccatis tuis impunitatem consequerere! Sed non longius
effugies. cognoscit cognoscit deus scelera tua: cognoscit tua
flagitia: tuas iniq̄tates: tuā hæresiꝫ: sēties miſ sēties eius iusti
tiā: eius eq̄tatē. Expierꝭ pessime si mundū rexerit: si curauerit

humana: ſi te intus & incute nouerit. an ſciebas miſer dictum
Hieronimi dicentis. eſt enim dominus aliquando dormiens q̄
ſi crapulatus animo: quũ uero plus moratur dei patientia ad in-
ferendũ iudicia: plus inebriatur ira: & ideo plus centuplo ti-
mendus eſt: quũ longanimiter tollerat mala q̄ quũ feſtinanter
punit: ecce iam tēpus eſt: ut tarditatē ſupplicii grauitate cōpen
ſet. Et tu ne tarda ferales ſũmere uittas: iam ſtat (ut ipſe uides)
funeris aia tui. pompa parata tibi eſt: noxis mala triſtibꝰ abſit.
Da iugulũ cultris hoſtia dira dei. Aſpice p̄terea (ad te enim re
deo digniſſime diui Dominici inquiſitor) quid haec beſtia be-
ſtiis brutior & trucior omnibꝰ in fine ſuorum maledictorũ pro
fert: ubi dicit. Erit die 27 ſeptembris fruſtra rogare deũ. ſed
quia aſtrologum in ſententiam ſuam adducere uidetur: ſuae a-
ſtrologiae hos reſpondebimus: tu ex cōſuetudine tua operare.
mirabar ſi non undiq; tuam ignorātiam & hæreſes ſpurciſſimo
ſermone oſtendiſſes fœdiſſime homuntio: qui plenus utriuſq;
rei es. uin tu: qui ſorores (ut dicitur) cadmi uix duꝫ unā ab alte
ra diſcernis: dictum almanſoris extorquere? & falſo interp̄ta-
mento in tuam hæreſim trahere? non ne ſciuiſſet hanc eādem
ſententiaꝫ explicare almanſor? ſi haec eadē ſententia ſua fuiſ-
ſet? Praeterea ualet ne haec conſequentia: qui logicalibus p̄-
ſtigiis uti uis? iuppiter eſt in oppoſito domus ſuae & peregri-
nus ergo fruſtra eſt rogare deum. quia ſæpe ita fuit uel erit ſi-
cut ſignificatur per antecedens: & tamen nunquā fuit uel erit
ita ſicut ſignificatur per conſequens. fruſtra eſt rogare deum?
Quid latras bellua? quid affligis? quid blacteras ſacrilege. nō
ne ſic ſaepe fuit iuppiter: nunquā tamen deus inexorabilis? iā
iam ceſſa Auguſtine paganorũ: iudeoꝝ: manicheorũ: ſabellio-
rum: arriorumq; hæreſes cōuincere: & confurationes in hunc
tuas conuerte. hic namq; paganis peior. iudeis durior: maniche
is iniquior: ſabelliis perfidior: arriis ſcelerarior. hic hic Hiero
nime tuus ſit heluidius: hic tuus uigilantius imo dormitantius
hic tuus luciferianus: tui pelagiani: tui origeniſtæ: tuus iouini
anus: tuum appello: in queꝫ tua ſpicula: tuos ictus dirigas: quē
confodias: & uulneres: & quem uel bonum efficias chriſtico-

lam: uel ad necem deducas. Huius nãq; sunt portenta uerboꝝ
huius descriptionis dedecus: hic est: hic inquã quẽ per febrem
somniare putares: uel arreptum morbo phrenetico hippocrati
uinculo alligandum. qui: quũ paruꝫ superius dixisset. Deũ nec
cognoscerẽ haec inferiora: nec curare: mox inferius hesternã er
ructans crapulam ita euomit. Die uigesimoseptimo septembris
frustra erit rogare deum: & quem modo necessitari non uolue
rat ab astris: nunc prorsus coactu facit & ab eisdem retentum
ut non orantes exaudiat: & qui dum uult alios esse parum fide
les: ipse tanquã ebrius ĩmo delirus in spurcissimam fœdissimã
q; hæresim pertransit: & illud dicitq;: facitq;: quod ipse non sa
ni esse hominis: non sanus iuret Orestes. Ad te igitur me ite
rum conuerto: qui sanctissimae inquisitionis necessario que fi
dei nostrae fungeris officio: cui suadere uelim: ut huius mon-
struosi diabolicíq; hominis: quem proprio nomine non nomi-
no: uerum notissimi omnibus (neq; enim latere possunt maxi
ma & aperta scelera) scripta habeantur: habita perlegantur: per
lecta examinentur: examinata autem: si in aliqua haeresi dep̄
hensa fuerint: primo comburantur ea: mox ex tibi concesso iu
re & sacratissima consuetudine eorũ auctor: neq; enim parũ de
trimenti afferre potest christianis impĩssa hæresis. nec: quin te
neat: q̃ scripsit uerẽdũ est. Quinimo se spõte in sui capitis ob
truncationem iturum (q; negare non potest) obtulit: si quotiẽs
exigetur: sua scripta non probauerit esse uerissima. Quae si
sunt. Ad orationes pronũ genus muliebre nõ oret die uigesi
moseptimo septembris qa non exaudietur. nullas homines ea
die p̃ces effundant: quũ deus tunc flecti nequeat. Vos itidem
sacerdotes: qui administrandorum dei sacrorum curam habetis
Recordamini: ne quid illa die solitae cõsuetudinis uestræ exer
ceatis; tunc enim non himni cantandi: non laudes dicẽdæ: nõ
cerimoniæ conficiendæ: non missæ celebrandæ: &: q; pericu
losius est: non eucharistia consecranda: ne uobiscum una circũ
astans populus in idolatriam caderet. Nãq; in illa die: in loco
peregrino & in opposito sue domus iuppiter erit. unde nequit
deus parere consecrationibus uestris. Neminem praeterea scito

te aquam baptismatis sacratissimã tunc a peccato originali pur gaturã. tu etiam apostole dictum mutato: quo nobis semper eẽ orandũ censes: uel id addito: excepto die uigesimoseptimo se ptembris. Si autẽ haec uera esse non probare potuerit: hunc in quisitor meritis cruciatibus afficito: ad quam rem conficiendã Illustrissimos bononienses dominos: nec non Illustrissimum principem nostrum bentiuolũ adiutores habebis & fauorabiles

¶ Prædicto heretico eiusdem Scipionis Epistola.

¶ Hæc sunt: quibus in præsenti tuis ineptiis respondendum censui uir insulsissime: quæ & si tuæ iniquitati malignitati & superbiæ correspondentia non sint: id tamen efficient ut me lacessitum in bella prodiisse ostendant: indicabuntq; ut me nõ amasse unq̃: ita nec unq̃ fugisse bella: nec congressum alicu- ius renuisse: in quo si nunc me minus hostiliter gessi q̃ meritus fueras: & naturam fraudãs & consuetudinem meaȝ: si & animo & uiribus meis non satisfeci: si que paraueram: armis non usus sum: & ictibus: in causa fuerũt: primo tua imprudẽtia & leuitas quae me magis ad misericordiam q̃ ad odium traxit: Et eniȝ nõ ignorabam: qua sociorum tuorũ perfidia deceptus fueras. Mox tot praestantissimi uiri: & eximii doctores: quot me quotidie adierunt tuo nomine: orarunt: placarunt: nã q̃uis ꝓcibus illorũ prorsus non acquieuimus: q; facere non poteram habita honorꝫ & dignitatꝫ meæ ratione: morẽ tamen gessimus: quatenus de minori q̃ mens erat stillo suaserunt: & ꝑcati sunt. q̃q̃ nec hoc q dem facere debuissem. Sed potius in te tincta licambeo sangui ne tela dare talia. n. & atrociora longe merito passæ fuissent insidiæ: doli: malignitas: & ꝑfidia tua. Quibꝫ cæteros oẽs ui tiis antecedis: &. n. quis aequo animo istud tulisset: non igno rans q̃ mihi olim per te dicta responsaq; fuerant? Nã quũ tecũ expostularẽ in hac re (oia. n. mihi patuerant) tu hoc respondi sti. Ne talia Scipio uera existimes. ne ue tibi hoc ꝑsuadeas. nã id efficiũt maliuoli: ut inimicitiae inter nos & simultates exo riant: ego q̃ppe te amo: & abs te amari cupio. Tũc ipse tale me

32

am ingeniũ est: ut amicitias maximi faciat: bella aũt nõ fugiat
qualẽ ego te: talẽ me reperies. Mox nõ mult[ ] post diebꝰ: quod
sub nube senserã: qđ ue tecũ expostulauerã: oculis uidi. Hic. s.
amor est erga me tuus? sic me amas? sic a me cupis amari? h i
sunt alioꝝ errores: quos tanto mor su rep̄hendis: quos corrigis
& latratu saeuo castigas? magnos sane errores & chirographo p̄
fora indicandos: puerilibꝰq; p̄ urbẽ totã uocibꝰ diffundendos?
Dic oro quo noĩe tuos nũcupabimus si meos errores appellas?
Vocabulũ ego idoneũ & cõueniens non reperio: inuenias ipse
quẽ nõ puduit post tales inuectiões me rogitare: aliisq; rogitã
dũ p̄bere q̄plurimis: ut nõ respondeã: ut non maledicẽ: ut mit[ ]
sim: & amice me gerã. O hoĩs imprudentiã. Primo. n. minita
tus est mihi mortẽ si respondero: mox quũ nõ p̄fuissent minae
ad p̄ces deuẽtũ est: q̄ omnia plus ponderis habuerũt: fecerunt
q; ut petitionibꝰ tuis una excepta paruerim. q. n. rogas ut nõ
maledicẽ: non maledico: sed maledict[ ] tuis respondeo: q; p̄ca
ris: ut mitis sim: mitior sane sum q̄ ullus amicoꝝ tuã p̄fidiam
cognoscentiũ existimauerat. q; petis ut amice me gerã: amice
satis me gessi: q; iãbos licambeo sanguine tinctos nõ dedi: q;
meas uires nõ expertus es: q; & amicoꝝ & dominoꝝ meoruꝫ
uoluntatibꝰ nõ acquieui. Vbi aũt oras ut nõ respondeã: id effi
cere nolui (neq;. n. iusta petebãt) ne quos in me errores effin
xeras: eosdẽ ipse errores esse faterer: quũ p̄cipue errores non
essent: ut postmodũ tu te ipsemet cognouisti. Decebat p̄fecto
legentẽ & in bononiensi gimnasio legentẽ astrologũ: si modo
astrologus es: suas prius uires metiri: & sua scripta pẽsitare: ac
examinare: q̄ in lucẽ quicquã mitteret: an nescis uocem semel
emissam nescire reuerti: & turpe prudenti dicere nõ putarã?
Mox q̄ sua sunt edere: nõ aliena p̄ suis. Credis ne forsan misel
le: hoc: qđ tuũ appellas iudiciũ: nos tuũ existimarẽ: ha ne esto
tantae simplicitat[ ]. Scimus scimus te p̄ aliena suffragia alieos
partus edidisse. Quis. n. nescit te philosophiã nescire? quis te
non habere rhetoricen dubitat? quis adeo mentis captus erit
ut te existimet uersus pãgerẽ: q nec qđẽ quot eXameter pedes
habeat dicere scies? & ut quales caeteros: talem etiam hoc est

ignorantia plenū: poetam habuisse uidearis: imo nō poetā: sed crocitantē coruū: illi meo noie dicito: ut ad puerilia dogmata redeat: & discat saltē adiectiuū substantiuo concordare: inter quae eam litem posuit: quā inter nos cupiebat inesse? Num cognoscere potuit illud caput lardo & fumo refertū? dicēdū esse mēdosae: ubi mēdosi sphigos dixit. Ignorat ne forsā sphiga foeminini generis eē & nō masculini? q̄ si extistimat: Lactātiū legat in eo cōmentario thebaidos: illud exponentē. Hic fera quōdā. Ait. n. sphinga dicit: q̄ in hoc aliquādo insidebat saxo. Videat diodorum ita in qnto dicentē. Sphinx suo iudicio uicta se ipsam ex loco excelso p̄cipitauit. Credat ausonio proferenti illa etiā thalamos p terna enigmata quaerens q bipes: & quadrupes feret: & tripes. Cognoscat hoc ex Seneca in thebaide ubi ait. Ego ipse uictae spolia q sphingis tuli. Et idē in oedipo sceptrū & peremptae sphingis haec merces datur. Papinius in primo si sphingos inique. qd' exponens lact. dicta sphinx est & caetera Patet igit' ex hoc puerilis error i poeta tuo. Praeterea dic enarret tibi sensum illius carminis: Nō hic mendosi memorant sirmata sphingos: & illū faciat positis in carmine uocabulis quadrare. q̄ dispeream si effecerit cerebellum illud uolatile. quis tandē (ut ad rem redeamus) haec te dictasse fatebitur? q si uerba quattuor latine loqui uolueris septies barbarismū cōmittes: & caput (ut ait uulgus) prisciano obtundes: quare nō tuū hoc iudiciū: sed quinq; iudicū: iudiciū: & recto absq; iudicio nuncupādum est: quos (ne dubita) cognoscimus oēs: & me quū opus erit cognoscēdū illis dedero. Sed tua satis sunt quae mala sūt. Stultum tamē imo nil stultius fuit: q̄ aliena ignorātia suam & ignorantiam & dementiā ostendere. His ego igit' paucis & leuibus tibi respondere uolui: plura & atrociora daturus si me iterū stimulo concitaueris tuo: & quiescere non passus fueris: cui reqes grata est: nō ob hoc tamē a defensione terrearis: si modo te defendi posse arbitraris. q̄ & efficere debes: & te facturum uolumus: sin aliter capite mulctaberis: qd' mulctandū: tute tibi spōte palam & p̄stantissimis coram eqtibus non nullis: accepisti: si q̄ scripseras & dixeras non defenderes Vale: ea tamen ualitudine qua me exoptas ualere.

33

❡ Conclusio ad eundē principē Bentiuolum.

❡ Ego nō nescius ex iure: qđ nō solū amas ac tutaris princeps
Illustrissime. Verum ipse idē met ius aut iusticia es: uim ui re-
pellere: & par pari reddere nos posse: Et ut rem pgratā facerē
his oibus qui me nō diligūt solū sed amant: p quib9: mortē ipē
nō recusarē his breuib9 propulsandā existimaui iniuriam: & cō
tumeliā depellendā: qbus maliuolus dissolutus ac improbus uir
imo fanatica bellua honoris nostri & existimationis laudē: nec
nō ingenii famā in discrimē adducere conatus est. Verū ipē eo
discrimine piclitabitur: quo caeteros dare pcipitandos uoluit.
Iam. n. facile cognosci pōt: qualis huius doctrina sit: qui ad iu
diciū suum excudendum quinq3 iudices adhibuit: & hos saltem
idoneos elegisset: uerum qa phoꝝ sententia ē ut simile appe-
tat suū simile: hic ignorantissimus inscientissimos acciuit: &
qđ cupiebat quinq3 scientiis pronosticon refertū: illud hisqnq3
ineptiis & pposteris latinitatib9 decorauit. Mirum profecto est
princeps excellentissime q in scriptis huius q astrologiā profi
tetur: tot tantiq3 errores scateant: & eo psertim: q a quinq3 suā
undiq3 iactantib9 doctrinā exoriātur: hos. n. oēs cognoscimus
quos & dominationi tuae Illustrissime dabimus: si uolueris co
gnoscendos. Et hos errores nō in astrologia solū nō in philoso
phia: aut in rhetorica: intellige: uerū & in grāmatica: quod de
decorosius ē: nā si eos oēs uel taxare: uel nominare uoluissem
in longū nimis processisset orō nr̄a: & te forte fastidio affecis-
sem. Vnū uehemēter doleo: q reuerēdis. pthonotario filio tuo
dignissimo & domino meo pcipuo tales dicauerit nugas iste i-
pudentissimus: nec rationē habuerit tanti uiri conditionis aut
dignitatis: cuius uel hoc uno cognosci pōt quāta sit temeritas
& inscitia. Nec sane aequo animo ferendum est ac dissimulādū
q de fide nr̄a ac de deo male & peruerse asserit: hic bipedalis a
sellus: hoc monstrū informe ingens: cui mentis lumē ademptū
est: nec pmittendū ē. ut bellua fanatico spiritu ducta: & agrum
stultitiae depasta hanc pstantissimā urbē tuam & religiosissimā
peruersa haeresi profanet: sed potius quo meruit: cruciatu affi-
ciatur: qui nō homines solum: uerum & deum ipsum maledicē

tia & garulitate ſua extorquere conatus eſt. Quare nil gratius in pſenti aut iucundius immortali deo effici aut condonari po teſt. Hæc meum fuit iuſtiſſime princeps in mediũ afferre: tuũ autem erit iuxta prudentiã & æquitatem tuam operari: meq; ti bi mancipatum in clientelam aſcribere: & ſicuti ſoles: a calũ- niatorum uitilitigatorumq; rabella dicaci defendere ac tutari.

Vale.

Cognoſce candide lector q̃ hoc opuſculo errata ſunt impſſo ris in curia dum ego Scipio ſcriptor & auctor abeſſem ab urbe q̃ curſim legendo excerpſi nõ minutiſſima queq; annotans.

car. i. Ruſiſſet pro riſiſſet.

car. 2. Irrauit pro irritauit. parauere pro parauero. bullua p bellua. aſtiterit pro extiterit.

car. 3. preterita effectus eclipſium repercutiantur p pteritarũ effectus eclipſium repercutiãt. effectos pro efficios bd pro quid. deſtruit pro deſtruat

car. 4. q̃ pro qui curnua pro cornua

car. 5. neſeis pro neſcis

car. 6. ſqmergendæ pro ſubmergendæ c9 pro cuius perueni at titan ad geuna pro perueniet tatan ad genua ſignifi cat pro ſignificet cui pro tui & ſenſa p ut ſenſa chri ſtola pro chriſticola

car. 7. eſt quod pro eſt ei quod ignorantiſſe pro ignorantiſ ſime alia infortunia pro aliæ infortunæ

car. 8. magnificiam pro magnifaciam mugilegum pro nugi legum alcbmiæ pro alchimiæ

car. 9. anmq; pro nanq;

car. 10. eos pro nos conſequentis nri pro conſequentiæ non nequaq; pro nequaq̃ nunq̃ pro unq̃

car. 12. adducitur pro adducis!

car. 15. Hos pro nos letere p latere.

¶ Opusculũ Scipionis defensionũ contra fedifragum philoberesim Bononiae impressum per me Herculem de nanis ciuem Bononiensem Sub diuo & Illustrissimo principe Domino. d. Ioanne Bentiuolo secundo pacis & concordiae auctore. Anno domini. M ccccLxxxxiiii. tertio nonas Iunii

Laus Deo.

Finis.





